Et per istud alias dedi consilium de quadam muliere rapta que relaxata fuit a raptoribus tamē ab eis effugere non poterat q̄ ibi nou dicebatur esse in pristina libertate nec consensisse tanquam in pristina libertate posita secundum c. cum locum extra de sponsa. **I**tem in §. illud q̄ si letaliter venator vulnerauit feram et eam persequebatur non tamen efficitur ipsius nisi postquam eam ceperit. Et est ratio quia multa euenire possunt vt eaz non capiat ad quod semper allegatur iste textus concordat l. in laqueū ff. de acqui. re. dominio. **C**ontrarium tamen huius et primam opinionem huius textus seruat consuetudo vt dicit glo. l. ij. §. id ff. de acqui. re. domi. quod facit multum ad materiam molendinarum secundum bar. ibi consuetudo tamen venatoris semper est seruanda dle. q̄ si nolit §. qui assidua ff. de eod. edic. **I**tem in §. apium q̄ fructus apium conceduntur occupanti etiam si in fundo alterius quis fauos vel fructus capiat. **I**tem in §. p. uonum q̄ animalia naturaliter fera sunt sed mansueta accidentaliter tam diu enim sunt occupantium quam diu enim habent consuetudinem reuendi que consuetudo ex duobus inducitur secundum notata in l. de quibus ff. de legi. et in l. ij. c. de epis. audien. **I**tem Nota etiam ad hoc allegatur q̄ per exteriora iudicantur interiora. solus enim deus interiora cordis perscrutatur scz animi secreta notatur in l. ij. ff. de interro. ac et ibi glo. hinc est q̄ vbi testis debet deponere de aliqua qualitate animi per sensum corporeum extrinsecum debet deponere et de actibus exterioribus quos vidit vel scit de quo lacius per bar. in l. is qui §. diuus ff. de tuto et curat. datis ab his et sic nō fm hūc tex. q̄ magis inspicitur accidēs q̄ natura d̄ quo p̄ glo. et bar. in l. prima §. bestias ff. de postulando. **I**tem in §. gallinarum q̄ animalia mansueta de sui natura vt galline et auce non conceduntur occupanti ymmo manent eorum qui dñi sunt eorum. Hinc est q̄ si quis ea ceperit vel eorum fructus aīo lucrandi furtum committit. **I**n §. super verbo venandi ibi l. secunda. **I**dem est in monacho fugitiuo filio et vxore secundum cy. in dicta l. secunda. De isto tamen videbit̄ aliquid f. de obliga. que ex delicto nascuntur §. sed et hec. Est etiam et alius casus

Quia

quia possum ire per fundum tuum ad sepulchrum meum fauore religionis
l. si quis sepulchrum ff. de reg. et sup. fune. Item est alius casus si via publi
ca est rupta l. si locus §. si ff. quemadmodum ser. amitta. alias enim non li
cet ire per fundum alienum l. per agrum C. de serui. et ideo non est licitum
ire per domum alienam querendi res amissas nisi esset certa indicia contra
dominum domus secundum bar. in d. l. h. Tunc enim posset autoritate iudi
cis ingredi domum alienam et perquirere cubicula et cistas l. diuus ff. de
huius. rus. pred. ¶ In g. ingrediatur in fine Contrarium huius glo. tenet g.
l. ff. de huius. rusti. predi. nec obstant iura hic in glo. allegata Quia ibi requi
ritur bona fides que tollitur post prohibitionem. hic autem non requiritur
fides quia fere bestie ceduntur occupanti. punitur tamen ingrediens acti
one iniuriarum propter hoc quod inuito domino fundum alienum ingressus
est l. iniuriarum §. si quis me ff. de iniurijs Aduerte tamen quod hodie nulli li
citur est facere venaciones per laqueos vel per rechia nisi velit capere vr
cos apros vel lupos vt in §. nemo rechia in aut. de pa. te. et ea vio coll. p.
¶ In gl. sup. ver. capias in si. distiguue sic lex tenuit. aut res est apta ad il
lud quod potest euenire et respicitur quod euenire potest. aut non est apta
et non inspicitur vt l. i. ff. de in. lte iura. de quo lacius per bar. in l. si idem cu
eodem ff. de iurisdictioe om. iudi. ¶ In g. inclusit in fine et ibi g. inducit huc
§. in ar. quod fera non efficitur illius in cuius laqueum cadit quousque eas ap
prehenderit saltem per oculozum inspectionem ita quod reluctando interim non
possit euadere et illam opinionem sequuntur doc. licet mar. dixerit contra
rium ¶ In g. lucrandi ibi l. aut facta §. si. ista ratio non placet quia furtuz
non fit sine dolo vt §. de ob. que ex delic. §. furtum Sed dolo bene committi
tur sine furto vnde dolo frequencius committitur quam furtuz. vnde est alia ra
tio et melior quia actio de dolo datur ad rescindendum ea que ex consensu
inita sunt et actiones tales non dantur pro mummo l. scio ff. de i. re resti. Et
ex hoc nota hic quod lex hic curat de modico quia de vno ouo vel de penna
et hoc ideo est quia hic agitur actione ordinaria hinc est quod pignus potest
per creditozem vendi etiam si vnus numerus deficiat de debito l. quod diu C.
de distrac. pig. Secus autem quando agitur per viam extra ordinariam
vt d. l. scio Et iudicatur modicum arbitrio iudicis l. omnino ff. de impensis
de quo lacius in l. si proprietarius ff. de damp. infec.

Item ea que ab hostibus. Hoc dicit per captiuitatez inuencio
nem et accessionem dominia rerum
acquiruntur Itē per alluionē que fit per lateres incrementū sed non per ap
parens nisi arbores radices egerint in fundo cui terra adiecta est Itē isula
n. aris

in fi. Nota hic qd si duo equitent per campum et inueniant thesaurum ille
efficitur dominus Qui primo vidit Licet alter prius apprehenderit. Et
est ratio secundum aliquos quia qui inuenit thesaurum grauatur in hoc
vt medium teneatur reddere domino fundi vt in §. thesauros .i. e. vnde r
leuatur in alio qz efficitur dominus ipsius quāqz non apprehenderit ar l.
cum qui ff. de iure iurā. Sed certe ista ratio non concludit quia Si quis in
uenerit thesaurum in loco qui nullius esset vnde forte idem est dicendum i
thesauro sicut in gemma tamen tu tene glo. propter eius auctoritatem
In glo. animalibus in fi. Nota ergo qd in animalibus rationabilibus et in
irrationalibus partus sequitur ventrem fallit in multis casibus notatis in
l. ne diuicius C. de agri et censi. li. xi. In fi. glo. super ver. dominio tuo. rō
est qz fetus animalium rationabilium non dicitur fructus quemadmoduz
irrationalium vt ibi glo. intelligit In glo. intelligere ibi tps Nota ex
hac g. qd illud incrementū dicitur latens quod inbecillitas nature n̄ p̄t p̄cipē
et ideo in his que secreta sunt nature testis non potest per verum sensum
ponere qd de vera scia et debet depouere per exteriora signa ar §. pauonuz
s̄ eo In c. glo. in fi. et ratio ponitur ibi in d. in agrum autem sez vt scia
quantum militibus datum est et per hanc gl. et illū tex. dicit io. sa. qd perzo
chie limitate non habent accessionem allegat c. super eo. de perzo chis
In glo. longiore in fi. Nota ex hac glo. que multum notabilis est qd vbi ē
questio de agriculturā vel de aliquo pertinente ad culturam agroz credi
tur rusticis Nunc est qd quando dubiū est circa aliqua pertinencia ad certā
artē stat p̄tisin illa arte vñ obstetricib⁹ creditur an mulier sit corrupta vel
non l. i. in prin. ff. de ven. inspi. Medicis vel chirurgicis creditur an vulnus sit
mortale vel non vel cicatrix sit remāsura vel non c. significasti extra de hoi
cil. Messoribus statur circa mēsurā agroz. l. i. ff. si messor sal. mo. dix. et esti
matoribus publicis creditur de estimacione rez l. hac edictali §. is illud.
C. de secundis nup. et ibi hoc per bal. si autē predicti male iudicent possūt
corrigi per iudicem l. arbitrio ff. qui sa da co. et per bar. in l. ij. C. de rescin.
vno. In g. acquisite in fi. Nota ex hac glo. qd cōtra illum qui possidz
terram meam eo qd sue terre vnita est datur actio in factuz ad estimacionē
Sed istud non est verum nec ob. dictus §. de arboze quia ibi dicitur quā
do accrescit fco hominis hic quando accrescit vi fluminis vñ cōqueratur
de flumine et sicut sibi abstulit hodie ita sibi cras potest reddere et sic nul
lam actionem habebit prior dominus ar. l. ergo §. si alluuo ff. de ac re do.
In glo. fi. in fi. Nota ex hac glo. qd per inundacionem perditur possessio
et ideo interumpitur p̄scriptio l. naturaliter ff. de vsuca. et de isto p̄ an
ge. in d. l. qui vniuersas §. Item qd sit in mari Sequitur §. cū ex. c.

Cum ex aliena materia. Summatur species facta ex aliena materia que non est reducibilis ad pristina materiam vel ex sua et aliena materia efficitur specificantis. Sed si est reducibilis tunc species remanet in dominio illius cuius erat materia. **Item** accessione confusione et admixtione acquiruntur dominia rerum hoc dicit usque ad §. cum in solo. **¶** Nota primo ad quod allegatur iste textus quod materia cedit materiato quando materiatum non est reducibile ad pristina materiam. Ad istud tamen tria requiruntur ad hoc scilicet ut materia cedat materiato ut hic in §. super verbo ab aliquo et sic facies materiati efficitur dominus materie sed si materiatum est reducibile tunc materia non cedit materiato ymo materiatum cedit materie. **¶** Item nota quod appellatione materie non continetur materiatum quod ad sui materiam reduci non potest facit in ar. si statutum prohibeat portare frumentum extra districtum sub pena portans farinam non cadit in penam cum farina non possit reduci ad frumentum. **¶** Contrarium tamen hic determinat bar. videz quod appellatione frumenti in hoc casu continetur farina donec ex ea panis factus sit l. questum §. illud fortasse de leg. ii. et ibi de hoc per eum primam tamen partem rez goff. in suis libellis et albricus de rosatis in secunda parte statutorum. **¶** Item in §. quod si partem qui operam adhibet et partem de materia potior est in materiato quam qui solam materiam adhibet. **¶** Item nota in §. si tamen quod purpura cedit vestimento et ideo iste §. allegatur quod preciosus aliquid quando cedit viliori et hoc ideo quia accessorium cedit principali ut in regula accessorium. **¶** Item nota quod qui utitur re aliena ad suum usum committit furtum. **¶** Item nota in §. si duorum quod quando materie duorum vel diversorum dominorum de eorum voluntate confunduntur siue etiam casu fortuito tunc etiam ista species ex istis materiis compositis est communis quod verum est nisi unus dominus bona fide conflauerit istas materias alio ignorante quia tunc illius species efficeretur ut in §. quod si partem §. eodem. **¶** Item nota quod ferziminiatio est eiusdem generis metallorum confusio et commixtio ut anrum cypho ferziminiatur. **¶** Applumbatio est diversarum materiarum consolidatio. **¶** Applumbatur enim es auro vel coniungit. **¶** Item ex §. quod si frumentum quod per commixtionem frumenti unius et alterius de voluntate tamen dominorum frumentum efficitur commune. **¶** Et si casu fortuito quia tunc singula grana manent sub dominio primo et competunt singulis dominis actio pro qualitate et quantitate sui frumenti et sic etiam dicimus de pecoribus diversorum dominorum mixtis. **¶** Finaliter nota quod quando separatio est impossibilis tunc arbitrio iudicis questio determinanda sit circa modum frumenti. **¶** In gl. i. in fine hoc glo. verum dicit quando.

quando species non posset reduci ad priorē materiam ita etiam est glo
in l. adeo §. cum quis ff. de acqui. re. dominio **I**n glo: ab aliquo in fine
vnde loquitur quo ad solutionem vltimē questionis quando specificans
partim suo nomine et partim nomine domini specificauit quia specificatus
erat comune si dominus ratum habuerit **S**ed in alijs questionibus dicō
tra nec hoc dicant ll. quas glo. adducit vnde dicendum est in illis questio
nibus q̄ inspiciendum est ex cuius parte maius erit et si equalia sint quod
nobilius sit vt minus cedat maiori et ignobilius nobiliori et sic totum spe
cificatum erit vnius vt ff. de acqui. re. dominio l. quicquid §. si. quamquaz
textus ibi loquitur in ferminatis vbi similiter totum est vnuz propter fer
riminationē **I**n si. glo. super ver. media de isto dix. in d. §. penul. videlicet
q̄ media via est eligenda quando equaliter ratio dubia se habet ad vtrū
q̄ extremorum **I**n glosa. spicas ibi per istum corrigi **N**ota tamē
ex hac glo. q̄ tribulans blada alterius bonastoe efficitur domini bladi
quod videtur esse expresse contra dictum §. cum quis in si. vbi tex. dicit q̄
excuciens frumentum de spicis non adicit nouam speciem vel formam sed
illā q̄ latens erat detegit nec valerent solutiones glose absurdum enim eēt
dicere q̄ propter pueros imperator malediceret et correctio leguz vitan
da est vt in l. vnica C. de inoffi. dotibus **T**amen ange. in l. pomponius scri
bit si frumentum §. si plumbum ff. de rei vendicatione tenet hanc vltimam
opinionem de quo ibi laciuz per eum **S**ed io. fabri dicit et forte melius q̄
inquantum hic loquitur de frumento loquitur exemplificatiue quo ad hoc
vt frumentum non posset reduci ad spicas non tamen in eo determinat q̄
efficiatur trucidantis **C**ogita **I**n glo. preciosior solucio vt ibi **S**ed ibi
loquitur in alia materia scilicet in fideiussoribus respectu principalium nā
quod ibi dicitur hoc debet intelligi q̄ plus non debet esse in obligatione
accessoria q̄ in obligatione principali **A**ccessorium tamen potest esse preci
osius principali et hoc ibi non negatur **I**n glosa. super verbo siue ip
se **E**x hac glo. solet colligi q̄ si non inueniatur tantus pannus in veste q̄
tus sartori fuerit traditus presumitur sartorem subtraxisse **I**n glosa. lu
per verbo extir. de **P**ro expositione huius glose opponitur ab extra et vi
detur q̄ rei vendicatio detur domino purpure si purpura fuit sibi surrep
ta argumento legis **I**tem si verberatum in sine ff. de rei vendicatione **E**t
per consequens textus iste hic male loquitur videlicet quod dominus
non posset.

nō posset vindicari et p̄sequēs dominiū nō dicat̄ extinctū. glo resp̄ ōz
ad istud contrariū q̄ quātum ad dominiū. purpura dicit̄ extincta quādiu in
texta est et tunc nō op̄etit v̄dicacio vt hic. sed si purpura fuit seperata a
vestimento per actionem ad exhibendūz tunc bene dominus potest vendi
care purpuram. Sed pe. et ia. dicunt q̄ si fur sit qui vestimento purpurā in
textuit q̄ contra eum bene datur v̄dicacio quemadmodum datur cōtra
morosum quia fur semper in mora est. sed si alius intexuit ille non tenetur f̄
v̄dicacione vnde dominiū est extinctum si tamen purpura separetur p̄
actionem ad exhibendum tunc bene res v̄dicaretur io. fa. hanc solucōm
reprehendit quia est expresse contra textum vbi dicit q̄ v̄dicari a furib⁹
non possunt vnde ipse aliter respondit q̄ hic loquitur quando agitur con
tra furem vel malefidei possessorem et nondum erat lis mota quia tūc nō
competit v̄dicacio sed hec solucio nullomodo placet per l. si seruum. §. si.
ff. de ver. obliga. vbi siue lis ē mota siue nō petitur res que post moram pe
riit. Aliter soluit io. fa. q̄ hec rei v̄dicacio bene est extincta sed actio inten
tata bene duraret propter accessoria puta fructus et ptus condicō tamē
furtiua durat propter estimacionem intelligas eum non q̄ petatur estima
cio q̄ia hoc esset contra d. §. si h̄ petitur res licet iudicis officio veiat esti
matio vt ibi. Et ex isto nota q̄ si res est perempta post moram nunquam
datur actio realis sed bene p̄sonalis ita bene in proposito licet quo ad fu
rem res hic habeatur ac si perisset post moram cuz purpura sit intexta ta
men contra furem non datur rei v̄dicacio que est actio realis h̄ bene per
sonalis ac si res non perisset vel non esset intexta et ita intelligit io. fa. §. si.
Sed quare magis contra furem datur condicō furtiua q̄ rei v̄dicacio
cum in condicione furtiua requiratur dominiū quo ad agentem sicut in
rei v̄dicacione. Respondit io. fa. q̄ condicō furtiua non adeo requirit do
minium sicut rei v̄dicacio. Nam rei v̄dicacio solum competit in casu q̄
res posset ostare per actionē ad exhibendum l. gemma ff. ad exhibendum
h̄ita non furtiua et ita non proprie res dicitur hic extincta esse sed poti⁹
cessare quemadmodū i. fili dicitur et l. inter stipulantem. §. sacram ff. de ver.
ob. et l. que res. §. areaz ff. de soluci. vnde ex predictis modo concluditur
poti⁹ contra pe. et ia. q̄ contra glo. nam quo ad furem non datur v̄dica
cio sed condicō furtiua. sed contra aliuz si res potest separari per actionē
ad exhibendum potest dari v̄dicacio. Ex predictis modo apparet an iste
fur fuerit dominus purpure vel non et statim lacius dicam. ¶ In glo. pos
sessoribus in fine. Sed opponitur contra textum et videtur q̄ non datur h̄
condicō furtiua. Nam condicō furtiua presupponit dominiū et compe
tit soli domino l. i. ff. de cond. iurti. Sed iste domin⁹ purpure amisit dominiū
per m

per intertexturam vt hic in textu in *de extinc* res igitur *Polucio* dicit *io. fa.*
q̄ verum est q̄ non datur nisi domino ab inicio verumptamen perseverat
si desinat res esse domini sine facto suo l. siue manifestus *§. tam diu cum l.*
sequenti ff. de condici. furtiua Et sic patet erp̄esse q̄ iste fur fuit dominus
purpure et fuit effectus dominus per texturam Sed quia dominus verus
hic dominium amisit sine suo facto adhuc datur sibi conditio furtiua Po
t̄et tamen aliter dici vt notat ang. in d. l. prima q̄ contra malefidei posses
sozem et furem datur furtiua conditio quamq̄ agens non sit dominus q̄
a sufficit in condicione furtiua allegare se dominum. Licet hoc non pro
betur nec fur potest questionem dominij refricare vt est textus notabilis
in l. si quis emptionis *§. sed hoc super illis C. de prescript. xxx. vel xl. anno*
rum qui text. optime facit q̄ etiam a furibus possit vendicari res quia ibi
dicit textus vendicare. Sed hoc intellige dummodo per actionem ad ex
hibendum. illa res seperetur ab alia alias non vt in textu *In glo. com*
petit ibi fuisse melius intellige hunc textum. cum glo. q̄ iudex debet hoc ar
bitrare secundum modum frumenti id est estimare quantum valeat iure. esti
macionis frumentum quod mixtum est debet enim iudex inspicere an meuz
frumentum mixtum cum tuo sit melius tuo et sic rationem melioracionis
habeat scilicet faciendo in tanto plus restitui Ex quo propter impossibi
lem distinctionem grana non possunt eligi vel discerni *In ea. glo. in fine*
Nota hic triplicem orn̄am inter res confusas et mixtas. Unum tamen
sepe ponitur pro reliquo vt l. pomponius scribit *§. si frumentum ff. de rei*
vendi. Confusio autem proprie dicitur quando res transit in aliam subst̄a
ciam Sed si substancia non mutetur dicitur om̄itio licet vbi separacio e
impossibilis mixtio habet vim confusionis vt quando frumenta diuerso
rum vel pisciculi vel aues vel alia animalia vni forma om̄iscentur l. usufruc
tuarium *§. si in vinarijs ff. de usufructu et hoc notat angelus. in dicta le.*
si pomponius in *§. si plumbum Sequitur §. Cum in solo etc.*

Cum in solo suo aliquis. Hic dicit de edificacione plantacio
edificati plantati et sati hoc dicit vsq̄ ad *§. litteze* et hoc voluit glo. hic i
de edificatur dū ponit hos versus Quicq̄ plātat Nota p̄mo q̄ edificiuꝝ
cedit solo

cedit solo quamq̄ materie sint ipsius edificantis et solū non ad h̄ semper
allegatur Concordat l. adeo .s. cum in suo ff. de acqui re do. **I**tem q̄ tignū
iniunctum edibus non debet eximi et est ratio propter publicam vtili
tatem ne ruinis vrb̄s difformetur l. si. ff. ne quid in loco publico l. pretor .s.
hoc interdictum ff. de no. op. nū. et p̄ istud huatur statutū opidi quo caue
tur ne q̄s murū domus versus plateas destruere possit si non uelit eā me
liozare seu renouare **I**tem in d. appellacione autem quid sit tignum
Item in .s. si ticius q̄ planta cedit solo **I**tem in .s. q̄ racōe q̄ sata cedūt
solo sed non solum sata sed etiam semen et plante que ex semine natura co
operante nascantur vt dicit g. in l. qua racōe .s. si. ff. e. de acquire. do.
In g. prima in si. de isto lacius declarabitur quid dicatur suum in l. pupill.
.s. si. ff. de verbo. sig. et etiam comune dicitur suum **I**n g. edificauerit in
si. conclude hic ex mente huius g. et g. in .s. ex diuerso **A**ut quis edificat ex
sua materia in solo suo et istud clarum est **A**ut quis edificat in solo suo ex
aliena materia et tunc edificans efficitur dominus edificij sed non materie
p̄mo dominium materie remanet apud priorem dominum materie. ille ta
men dominus materie non poterit vendicare illaz materiā positam in edi
ficio etiā si edificans vellet euellere tignū de edificio et dño materie restitu
ere et hoc est ne edificium destruat **S**ed dominus materie contra edifi
cantem aget si edificans hoc fecit scienter adione de tigno iniuncto ad du
plum estimacionis tigni vt hic in textu in ver. h̄ duplum **P**osset tamen et a
lijs quatuor actionibus agere scilicet adione furti. condicione furtiua. rei
vendicacione et ad exhibendum non tamen vt tignum eximatur **S**ed vt
estimacio prestetur quantum in litem fuit iuratum l. que res in si. ff. de solu.
et istud tangitur hic in g. in ver. exhibendum et in g. super verbo de tigno
qualiter comperant iste adiones et au vna tollatur per aliam dic vt nota
tur in l. rem .s. tignum ff. de rei vendicacione **P**otest tamen dominus ma
terie si vellet expectare donec edificium ruat et vendicare materiam suam
vt hic in d. sed si aliqua **Q**uod verum puto nisi illa materia esset prescripta
a male fidei edificatore et sic maioris condicionis videtur male fidei edifi
cator q̄ bone. fidei quia male fidei prescribit materiam et non bone fidei
est ratio quia contra male fidei edificatorem dominus habet semper rei vē
dicacionem vnde impuret sibi dominus si non eget ea sed contra bone fidei
edificatorem non datur rei vendicacio vt in textu hic in d. h̄ tantisper. **E**t
hoc tenet glo. i. d. .s. tignus **S**i autem ille edificans edificauit ignorante r
ex alia materia tunc contra eum datur actio ad simpluz estimacionis tigni
vt l. si. ff. de tigno iniuncto et ibi per g. et per g. in d. .s. tignū et ita hic intel
ligitur g. super verbo tignum **C**ontra fabrum autem vel operariuz qui igno
rans fuit conductus ad laborandum ex re aliena **N**on potest agi vt est
g. notabilis in d. .s. tignum l. in rem ff. de rei vēdi. si at̄ edificet q̄s in alieno
fundo.

60

fundo de sua materia et hoc fecerit scienter amittit proprietatem materie
vt in *§*. et ex diuerso Sed si bonafide edificauit credens fundum esse suum
dominus fundi velit agere ad edificium tenetur ipsi edificanti ad precium
materie et mercedum fabrorum alias repellitur exceptione doli mali et h
quando sep edificans fuit bonafidei Sed si a principio fuit edificans in bo
nafide h tempore edificij fuit malefidei tunc pot tollere edificium sine disp
dio domini soli et ista est media via vt Iulianus scribit alias si in alienaff.
de rei vendica. et hoc voluit glo. in *§*. et ex diuerso in *§*. certe illud in verbo
bonafidei Si vero quis edificet in alieno solo et ex aliena materia domi
soli efficitur dominus edificij sed non materie. ideo dirupto edificio domi
nus poterit vendicare materiam vt l. h. *C. de rei vendi.* Et hoc siue edi fi
cans fuerit bonafidei siue malefidei et istud tangitur in glo. super ver. intelli
gitur *In* si. glo. super verbo i. eo edificatur illa lex intantum coniuncta cu
§. si. l. precedentis videtur ob stare sed ibi est speciale vt dicit glo. Et ratio
specialitatis est quia ibi fuit factum edificium in loco comuni omnium qui
a in ripa maris hic vero i loco alterius *In* gl. si. super ver. edificauerit
magna in hac glo tractatur de repetitione expensarum factarum in aliena
re de qua vide clariozem gl. in l. in fundo ff. de rei vendica. et ibi bar. late p
sequitur et per *§*. in l. domum *C. e.* *In* glo. verbi conmutatur in si. Hec vl
tima solutio consuevit approbari videlicet qd utilis actio in rem datur con
tra eum qui alienam plantam in solo suo posuit unde ad consequendam esti
macionem illius plante non autem vt illa planta de terra extrahatur que
admodum dicimus etiam de ferriminatis l. in rem actio *§*. si quecumq. ff.
de rei vendica. *In* glo. dicimus ibi hec corrigit illaz hec non placet qz le
gum correctio. est vitanda l. vnica *C. de in officio dori* *In* e. glo. ibi hic
nota hec secunda a pbatnr et est verior et sic distinguit. aut arbor plus ha
bet de radicibus in terra tua qz in mea an minus aut equaliter Si equaliter
tunc comunis est vt hic in *§*. et ideo Si minus semper attrahatur per par
tem maiorem et p fundum vbi magis de radicibus habet l. inter est ff. q
vi aut clam et sequens solutio non est bona quia contra textum est An au
tem propria auctoritate possim abscindere Radices qui in fundo meo veni
unt vel ramos arboris qui supra domum mea pendunt responde qd cum
auctoritate iudicis possum sed sine auctoritate iudicis non nisi prius denun
ciam illi cuius arbor esse dicitur vt arbores tollat et hoc probatur expresse
in d. *§*. si. *Consilium* ergo est vt de hac denunciacione fiat publicum instru
mentum quia postea domino negligente possum totam arborem propi
a auctoritate tollere et ligna mecum portare le. prima *§*. si arbor edibus
ff. de arboribu. cedent. et ibi p bar. Sed quis si due arbores sint vute in
eodem stipite an dicatur vna vel plures dic si enim coniunctio apparet
supra.

supra terram dicitur vna. alias plures l. si gemma ff. de arbo. sur. cesa. Qd
facit ad plures questiones ibi notis per barth. et io. fa. in dicit hunc textum
hic in d. qua ratione in ar. de eo qui semiat in vna. perzochia porros et p
tea extraxit et. portat ad aliam perzochiam qd decima debeatur secundo p
rochiano quod io. an. lacius disputat in marcurialibus in regula. qui por
de reg. iu. in vi. et claudit qd vterq; debeatur.

Littere quoque licet auree sint. Littere cedunt cartis sed ta
bula cedit picture quo ad
directum dominium h non quo ad vtile hoc dicit vsq; s. si quis i. Nota
qd scribens bona fide in carta aliena habet exceptionem doli. contra dnm
suum qui vendicare vult cartam suam si non offerat precium scripture
Item in s. si quis in aliena qd dominus tabule possideus tabulam depictam
bona fide habet exceptionem doli contra pictorem qui ait pro tabula nisi
precium tabule offerat. Item in d. at si quis qd si pictor possideat tabu
lam depictam bona fide dominus tabule potest agere vtili actione rei ven
dicationis pro tabula sua. sed tamen. repellitur exceptioe si precium pictu
re non offerat. Item in d. id enim. qd contra surzipientem tabulam depic
tam datur domino tabule actio furti. In g. sup verbo bona fide ibi res
pondit quidam vt azo qd sic quia dicit ipse azo qd hodie scriptores nostri
temporis facti sunt pictores et fere semper preciosior inuenitur scriptura qm
carta vnde propter alteratum cursum nature vel consuetudinis hodie car
ta cedit scripture cuius tamen contrarium tenet g. vt hic videtis de quo di
cam lacius vt in fine vltime g. In g. tabularum in fine. g. in s. littere l. qua
ratione ff. e. sic distinguit. Aut enim scriptura seu pictura sit in re immobili
et cedit rei aut sit in re mobili tunc res cedit scripture. In glo. cedere ibi
non vsus. hoc non est bene dictum quia ita preciose posset depingi vsus
sicut homo vnde mes g. debet esse vt fiat distinctio an pictura fiat ex bo
nis coloribus non autem ex calce vel atrimento Et an ista solutio g. sit bo
na dicitur in g. si. In g. imposuerit ibi s. omode h non dicitur qd ibi sit o
dicio possidentis melior qm petentis h dicitur qd ommodum est possidere qm
facilius potest probare dominium Unde si etiam obscura essent iura vtri
usq; pro possessore pronunciaretur puta quia vnusquisq; preterderet se do
minum tabule potest tamen dici qd melior est condicio possidentis. propter
duplex beneficium. habet enim possidens scz pictor doli exceptionem nisi
soluatur ei precium picture vel si mallet offerre domino tabule precium et
dominus noluit accipere retinebit tabulam Videbatur tamen hic condi
cio possidentis deterior quia si dominus tabule agat contra pictorem et
soluat precium picture consequitur tabulam et picturam et tamen si pictor ve
lit retinere tabulam non audietur precium sol. ien do tabule et hoc voluit
glosa

voluit glo. quando dixit meliorem condicionem petentis sed hoc non pro
ceditur vt modo dixi ymo semper pictor preferitur domino tabule etiam si
inter se agant et hoc voluit glo. in questione sequenti **I**n eadem glo. ibi
secundum io. glo. dicit hic qd habens directam rei vendicionem preferit
habenti vtilem Sed contra videtur l. i. ff. si ager vectiga. vel emphi. petat
sed dic qd ibi loquitur vbi vtraque actio est natia Sed hic vtilis rei ven
dicatio est datia et non natia. Datur enim a lege ex equitate ne do
minus quondam tabule totum amittat et hoc propter reliquias precedē
tis domini **I**n eadem glo. in fine ista ratio videtur probari hic in textu
in d. ridiculum est enim et secundum hoc cuz hodie scriptura sit bona et p
ciosa videtur qd hodie carta cedit scripture et hoc etiam voluit azo. Alij ta
men dicunt qd ratio huius est quia pictura occupat totam tabulam Sed
scriptura non totam cartam Alij dixerunt vt placen. qd vbiqz debem
considerare preciositatem vt quando pictura est preciosior tabula. tabula
cedit picture et quando tabula est preciosior pictura pictura cedit tabule
ita similiter dicendum in scriptura et hanc rationem et considerationem te
nent omuniter doc. Tu. tamen dic secundum angeluz l. in rem. §. h. et illud
quod in carta ff. de rei vendi. qd qualitas semper cedit substancie ut liquidū
arido et sic scriptura semper cedit carte et pictura tabule d. §. Sed et illud
qui loquitur tam in scriptura qz in pictura Fallit tamen illa regula quando
qualitas est preciosior propter preualenciam quia tunc plus valet qd est in
qualitate seu in opere qz in substancia l. mulieres. §. penultimo ff. de ver. sig
et ideo cum hodie scriptura sit preciosior carte cedit carta. scripture ita te
net glo. in l. qua ratione. §. littere ff. de acqui. re. dom. licet angelus semper
tneat opposituz sed istud videtur esse contra §. littere in ver. auree vbi dici
tur qd auree littere cedunt carte Sed ang. respondit qd debemus intellige
re de preualencia comuni vt illa ad se trahat substanciam non de preualen
cia singulari vt si quis faceret scribē litteris aureis quis hoc comuniter nō
fit nec etiam quondam fiebat.

Si quis a non domino quem dominum. Bone fidei. possessor facit
fructus industriales suos ideo eos consumptos restituere non tenetur Se
cus in malefidei possessore. usufructuarius autem non facit fructus suos ni
si fuerint suo nomine collecti et fetus est in fructu non partus et usufructua
rius debet in locum capitum gregis vinearum et arborum deficiencium alia
inrogare hoc dicit vsqz ad §. thesauros **N**ota hic in §. is vero qd usu
fructuarius decedēs reliquēs fructus pēdētes. eos nō trāsmittit ad hēdes suos
sed efficiuntur proprietarij Et est ratio quia per mortem usus fructus est fi
nitus vt est in §. finitur. §. de usufruc. **I**tem in §. in pecudum qd licz fetus
fit in.

fit in fructu tamen partus hominis non dicitur esse in fructu Et ideo emēs
gabellam de fructibus non posset colligere gabellam de seruis vel ex hoi
nibus secūdum bal. in l. fetus ff. de usufruc. ¶ Item nota tex q̄ natura pro
duxit omnes fructus propter hominem Hinc est q̄ dicit homo est dignissi
ma creaturarum l. iustissime ff. de edili edic. vñ ouidius. Prona q̄ cū spec
tant vt in gl. super ver. natura ¶ In glo. i. i. si. Ex ista glo. ergo colligitur
q̄ sufficit habere bonam fidem in principio licet postea superueniat mala
fides et hoc est verum quantum ad hoc vt iste faciat fructus suos donec
fructus ab eo cuius sit vt in d. s. si. allegato in glo. ¶ In tpe tamē illo quo su
peruenit mala fides tenetur ad fructus non consumptos officio iudicis re
stituere vt in d. s. illozū. j. de offi. iudi. quia tunc ex culpa sua tenetur et ali
qui dicunt q̄ etiam tenetur ad fructus sic perceptos etiam consumptos q̄
etiam satis probat d. s. illozū. ¶ In glo. cogitur in si. Conclude sic null⁹
possessor facit fructus naturales suos l. fructus percipiendos ff. de usuris.
ideo dominus potest eos exstantes vindicare Sed de consumptis non
tenetur bonafidei possessor nisi inquantuz factus est locupletior l. si me et ti
cium ff. si cer. pe. De fructibus industrialibus distinguitur Aut enim fuit bo
nafidei possessor Et tunc talis facit fructus suos. ita q̄ consumpti fruc
tus nec eoz preciaz p̄nt ab eo aduocari vt l. bonafidei in principio ff. de ac
re. domi. et in l. certum C. de rei vendi. Sed si extant fructus tenetur officio
iudicis ad restituendum vt in d. s. illozū. j. de offi. iu. Si possessor sit male
fidei tunc si non habet tytulum tenetur de consumptis condicione sine cau
sa de exstantibus rei vindicacione l. penul. C. de condi. ex l. de percipiēdis
officio iudicis vt d. s. illozū. Sed si iste possessor malefidei habeat ty. ex
cusat a percipiēdis nisi in q̄tuor casib⁹ hic in g. notatis. scz in q̄b⁹ a percipi
endis non excusatur de quo est g. in l. h. et partus in prin. ff. quod me. ca. et
g. in l. si fundū C. de rei vendi. ¶ In g. de colono in si. Conclude sic. colon⁹
qui pro mercede colit facit fructus suos si nomie eius sint collecti quod ve
rum est nisi sit colonus ad non modicum tempus. quia de illo nullum dubi
um est ex quo habet ius in re Sed colonus perciarius qui debet habere p
tem omnium emolumentozū fundi racione societatis contracte efficit do
minus fructuum comuniter cum domino fundi ita concluditur per bar. et
ang in l. si apes. s. si. ff. de fur. Equitur s. Thesaurus quos r̄.

Thesaurus quos quis in Thesaurus inuentus in loco suo vt
religioso casu forznito totus efficit i
uentozis Sed si in alieno fundo acquiritur domino fundi pro medietate
p tradicōm corpalis rei acq̄rit doiniū rei h dicit vqz ad s. vēdite Nō q̄
q̄ thesaurizauit in loco alieno vel fūdo data ad hoc opa talis nō acq̄rit si
bi thesaur⁹ ¶ Itē in s. p tradicōz q̄ dñs rei p tradicōm ipi⁹ trāffert dñiū
i aliū q̄ ē rō qz nihil ē tā oueiēs vt in tex. q̄ nota qz ad hoc sp allegatur
plura

plura tamen requiruntur ad hoc ut dominium transferat. Primo quod tradens sit dominus vel quasi dominus ut tutor prelatus ecclesie vel habet speciale potestate vel generale a domino cum libera voluntate ut procurator alias generalis sine libera alienat solum fructus l. generale ff. de procuratoribus secundo requiritur quod tradens sit persona habilis ad transferendum dominium quod non furiosus vel mente captus vel pupillus sine auctoritate tutoris ut notatur in g. l. tradicionibus C. de pac. Tercio requiritur quod ista traditio fiat ex causa abili puta ex causa emptionis venditionis et similium quia nuda traditio siue causa non transfert dominium l. nunquam nuda ff. de acqui. rez dom. Quarta quod res non sit prohibita alienari quia non sacra vel non dotalis infra quibus alie licet vel non circa principium ff. e. l. qua ratione s. eade. Quinto requiritur quod si ista traditio fiat ex causa venditionis quod precium fuerit solutum vel fides habita de precio ut infra s. proximo Sexto requiritur quod si iste contractus debeat fieri in scriptis quod interueniat scriptura l. unica C. de suffrag. et in l. contractus C. de si. instru. Predicta autem regula fallit casibus notatis infra proximo s. ubi transfertur dominium sine tradicione de quo plenius in l. si ager ff. de rei ven. ¶ In glo. super verbo loco suo Istud verum est si thesaurus proprie captus inueniatur secus si mercenarius inueniat pecuniam absconditam in muro Hinc est quod si mercenarius inueniat in domo nouiter emptam pecuniam in sacculo deuolutam in muro quamquam ille mercenarius laborez ibi potest nomine ipsius emptoris et casu fortuito illam pecuniam inuenit tamen illa pecunia remanet ipsius venditoris ut est tex. notabilis in l. a tutore ff. de rei ven. ¶ In glo. data opera in fine in alieno enim fundo non sufficit dare operam etiam de voluntate domini ut d. l. unica Aduerte tamen quod ad hoc ut thesaurus efficiatur inuentoris oportet quod per inuentorem apprehendatur non enim sufficit si bi aspectus l. in s. neracius ff. de acquir. pos. licet glo. in d. l. unica teneat contrarium et male Et istud facit statutum pone statuto vniuersitatis cauetur quod scolaris inuentus cum armis puniatur in vno floreno Rector vidit aliquem portare arma et non apprehendit eum quod talis non cadit in penam de quo per bar. in l. si barfatorum C. de fideiuss. et l. prima ff. de acqui. pos. ¶ In fine glo. super verbo traufferuntur aut queritur de acquisitione domini et non requiritur vacans possessio Aut de acquisitione possessionis et requiritur vacans et ita concordat has duas opiniones.

Vendite quoque res et. Summatim traditio ex causa venditionis non transfert dominium nisi precium fuerit solutum seu aliter satisfactum vel fides de eo habita et qui voluntate domini tradit transfert dominium ¶ Item per pacenciam domini ac per traditionem clarum transfertur dominium et apprehensione recipere in vulgus.

1^o
2^o
3^o
4^o
5^o
6^o

vulgus vel habiti pro derelicto acquirat dominium secus si propter tēp-
tatem res fuerit proiecta vel alias perditā hoc dicit vsq; in finem huius ti-
tuli. **Nō in. §. nichil ibi si cui libera q; generalis procurator totorum bono-
zum vel vniuersorum sine libera non potest rem domini alienare nisi habet
liberam administracionem vel speciale mandatum ad alienandū quod ve-
rum puto nisi res esset tempore periture l. procurator cum libera et. le. pro-
curator totorū. ff. de procurato. et ibi per bar. Itē in. §. interdum q; aliqu-
ando eciā sine tradicione acquiratur dominium puta ex voluntate domi-
ni permittentis rem suam esse penes possidentem ex causa abili ad domini-
translacionem et precio soluto eciā si res non sit in conspectu sufficit enim
q; res sit penes accipientem quia domini voluntate eam habet et detinet
ut hic. i. l. hec si res ff. de rei. vendicacōe. Secus si nō habet de voluntate
domini de quo per bar in l. certi condicō. §. si. ff. si cer. petā de alijs autē
casibus in quib; transferatur dominium sine tradicione vide hic glosā super
verbo volūtas et laci; et laci; in g. et ibi p. bar in l. tradicionibus. C. de pac.
Item i. §. item si quis merces q; tradicio clauium domus vel horrei opera-
tur translacionem domini et condicionem vsueapiendi eaz rerum que in
domo vel horreo sunt l. clauibus ff. de contrahen. in p. ci. notatur in l. iij. §.
neracius ff. de acq. pos. Itē nota in §. hoc amplius q; dominium potest
transferri in incertam personam puta quando quis proficit missilia vel res
derelicto haberi. Itē nota in §. alia sane causa q; proficiens marces in mari
causa alleuiande nauis non perdit dominium ymmo qui eas occupat ani-
mo lucrandi furtum committit. Itē nota ex si. huius textus q; apprehē-
sione rei que cecidit alicui viatori vel alteri non queritur dominium ymmo
apprehendens tenetur furti. si retinet illam rem occultam animo lucrandi
Debet enim inueniens ponere scripturam in publico continentem se repe-
risse et restitutum illi qui desiderauit sic enim declarauit aim. eius vt l. fal-
sus. §. si alienum ff. de fur. debet tamen asserens rem esse suaz nomina et sig-
na rei amisse dicere l. in fine. ff. de ser. fugiti. et tenetur inuenitor gratis resti-
tuere vt d. §. si alienū. Potest tamen quis p. re inuenienda precium capere
l. idem. §. si. l. iudicium ff. de cond. ob. ē. cām. de quo laci; in d. §. si alienū
et ibi p. bar. si q; at inuenerit rē et eā denūciasset p. libellū in publico et nul-
l; veniret ad repetendā eā ipse inuētor si ē paup; p. eā retinere. si ē diues d;
eā p. deo dare ita notat hosti. vt dicit io. sa. in ty. de p. nā. §. q; p. nā. d. si q; s;
inuenit. facit. xiiij. q. vca. si q; inuēisti et nō reddidisti. In g. sup. ver. da-
to in si. Nota ex hac glo. diuinc. glo. p. ce. q; venditor potest retinere rē p.
precio si res fuerit tradita et non fuerit satisfactum de precio per solucio-
nem p. ce. vel creditore volente per pignus venditor potest rem suam ven-
ditam vendicare. nisi tamen emptor offerat precium. Et si venditor
non offidit.**

non confidit de emptore nec ecōtra tunc debet fieri depositio precij vel de
bet fieri cautio de eo vt l. edilis .s. si coniuncta l. se ff. de edili edic. de q ue p
bar in l. solutur ff de soluci. ¶ In g. sup ver. emptoris ibi tamen potest dici
contra hec vltima verior quia dando tempus habet fidem de precio et p
consequens dominus transfert dominium de quo est casus in l. ea lege C.
de pactis inter empto. et vendi. l. prima C. de ac. ep. ¶ In e. in si. .s. iste nihil
aut parum facit ymo ibi idem notatur quod hic doc. tamen consueuerunt
tenere contrarium et dicunt q̄ azo tenet contrarium C. de sū. t. et si catho
in principio Sed tu tamē tene stra et q̄ glo. nostra bene dicat nisi sit talis
venditor qui debet vendere presenti pecuniam et qui non potest habere fi
dem de precio vt ē procurator fisti Tutor et curator minorum de quo ple
ne per bar. in l. a diuo .s. si emptor ff. de re. iudi. et hoc est quod voluit glo.
sequens Sequitur & ca.

Rubrica de rebus corporalib⁹. et incorporalib⁹

Continuatur ex mente glo. Supra enim visum est de rebus corporalibus
qualiter acquiruntur vnde quia aliquę sunt res corporales et aliquę incor
porales ideo imperator posuit rubricam de rebus corporalibus et incorpo
ralibus vt discernatur differentia inter illas res vt etiam tractari incipiat
circa res incorporales vt patet in iij. titulis sequentibus ¶ In si. glo. & c
melior est & ca que intitulatur de corporalibus et incorporalibus vt patet
ex natura tituli Nam in isto titulo ponitur definitio rerum corporalium
et exemplificatio de eis

Quedam preterea res. Et summarum quia procedit diuisiue
et diffinitive ¶ Nota primo ex textu
que res dicuntur corporales quia sunt hec q̄ possunt tangi sua natura vel
apte nate sunt ad tangendum quamq̄ per difficultatem tangi non possunt
Secundo nota que res dicuntur incorporales Nota q̄ omnia iura dicun
tur res incorporales vbi ergo predicatur de aliquo hec dictio ius de qua
predicatur dicitur incorporalis Tercio nota ibi nec ad rem pertinet q̄ cō
tineus non mutat naturam propter contenta. licet enim in hereditate que
est iuris vt l. pecuniam .s. hereditas et l. nihil de ver. sig. ff. Sunt res corpo
rales quia tamen ipsa tota hereditas est quoddam ius quod non potest
tangī nec est aptum natum ad tangendum ideo ipsa hereditas dicitur res
incorporalis et non corporalis ¶ Finaliter nota seruitutes esse res incor
porales

poralis **I**n glo. verbi incorporeales ibi non traduntur sed quasi tradunt
que quasi traditio inducitur per pacienciam vt in s. incorporeales hic alle.
et l. quociens ff. de serui. **I**n e. glo. ibi non vsucapiuntur hoc verum p se
sed cum alijs rebus bene vsucapiuntur l. si aliena s. hoc iure ff. de vsucapi.
et ibi p ange. qper glo in l. seruitutes predioꝝ ff. de seruitutibus **I**n e. g
ibi l. vendicatio Non enim sequitur singule res in obligatione deduce pnt
vendicari ergo et ipsa obligacio quia hec est fallacia accidentis vt dicit g
in d. l. vendicatio **I**n e. glo. ibi l. ij. et iij. hoc verum est in nominibus de
bitozum quia illa nomina non transferuntur nisi nominatim fiat menſio de
eis secus in seruitutibus rusticalibus habentibus causam discontinua qz i
ouam transeunt cum re vt d. s. ex hoc iure sic etiam dicimus de fundo do
tali qui per se alienari non potest sed bene cum alijs et in ouam vt l. quide
ff. de acqui. rerum dominio .sequitur & ca

Rubrica de seruitutibus rusticoꝝ prediorum

Continuatur visum est s. ty. proximoꝝ seruitutes dicuntur esse incorpora
les sequitur ergo videre modo de seruitutibus que sit natura eozum et qua
liter constituentur Sequitur nigrum.

Rusticorum prediorum iura . Summatim Serui
t' realis est duplex
scz rustica et urbana Rustica que in predijs rusticoꝝ habetur
Urbana que in edificijs habetur et vtraqz potest constitui in
vivos et in vltima voluntate hoc dicit to. ty. **N**ota primo ex principio h
tex. iuncto s. item predioꝝ i. e. que sunt seruitutes rustice et enumeratur b
in tex. **N**ota secundo ibi iter quid sit iter quia est ius eundi pedes et cqs
solus vel cum alio non autem vehiculum ducendi vel iumentum **N**ota t
cio quid sit actus quia est ius eundi pedes vel eques solus et cum alio iu
mentum et plaustrum ducendi non tamen trahendi saxum vel trabem vel
hastam recte ferendi **N**ota quarto quid sit via quia est ius eundi pedes
vel eques solus et cum alio iumentum vehiculum qz ducendi trabem trahē
ti et hastam recte ferendi dum tamen fructus alterius non ledat. concoꝝ
dat ad predia l. prima et l. qui sella ff. de seruitut. rusticoꝝ predioꝝ.
que l. qui sella facit in argumentum ibi qz si concedatur passus vel transi
alicui.

alicui societati armigerorum per territorium principis vel alterius q̄ tales
armigeri non debent deuastare fructus vel agros territorij per quos
transeunt secundum bar in d. l. q̄ sella. **I**tem i. s. p̄diorum urbanorum q̄ serui
tutes urbane dicuntur que edificijs iherent siue sint in vrbe siue i villa quia
non per locum sed per materiam cognoscitur an seruitus sit rustica vel vr
bana. **I**tem q̄ edificia appellantur predia urbana ubicumq̄ sita sunt
Item que sunt seruitutes urbane textus ponit per exempluz. **I**tem nota
in s. ideo autem. **Q**ue seruitus non potest esse sine predio ideo est q̄ prediu
dicatur habere ins et sententia datur predio l. qui aliena s. ff. de negoc.
ges. quod facit ad formam concipiendi libellu et sentencie formande quan
do agitur pro seruitute secundum bar. in d. s. ff. **I**n gl. prima super ver.
iura in fi. **N**ota q̄ duplex est seruitus in genere quedam est realis et illa e
duplex vt in hoc ty. **A**lia est personalis est illa est triplex. **Q**uedam detur
a persona persone et de ista dictum est in s. seruitus s. de iure person. **A**lia
dicatur esse personalis que debetur a re persone et iste sunt tantum tres se
cundum quosdam scz vsus fructus. vsus et habitatio vt i. in duobus ty.
sequentibus. **A**lii tamen addunt quartam scz ministerium seruorum vt not
gl. in l. q̄binas ff. de usufruc. et hoc etiam tenet azo in summa. **Q**uedam de
betur a persona rei vt si quis est grauatus manere perpetuo i vno loco vl
i carceribus perpetuis sed ista pena carceris e reprobata de iure ciuili vt l
aut dampna s. solus ff. de penis. **S**ed de iure canonico permittitur talis
pena vt c. quauis de penis in vi. sed an p̄stacio canonis ex fundo emphi
toticico vel prestacio que fit propter feudum sit seruitus io. fa. di. q̄ de iure
non reperiuntur nisi iste de quibus hic in textu. **S**ed ex consuetudine possunt
induci alie et ille possunt vocari reales vel personales secunduz res et per
sonas. an tamen pro istis prestacionibus competat cofessoria vel negato
ria dicetur in s. eque i. de acti. **I**n gl. super verbo iumentum ibi s. ij. et
hoc ideo quia seruitus seruituti deberi non potest vt l. prima ff. de usufru
leg. **I**n glo. verbi continet ibi in angulis xvi. x. **N**ota ergo q̄ via debet
esse lata viij. pedum in directum. **S**ed per aufractum. i. per reflexum in agu
lis debet esse lata in xvi. pedibus et est ratio diuersitatis quia quando est
via directa tunc plaustra que vehuntur possunt a longe se videre et potest
fieri proclamacio vt stet vnum plaustrum donec reliquum pertransierit et
tunc in latitudine viij. pedum potest transire plaustruz quod est verum si v
num plaustrum velit stare. **S**ed si ambo occurrant sibi et nullum velit cede
re tunc forte dirimetur qd̄ illorum cedit alteri vt notatur in principio h
secundi et est glo. ad hoc in l. ij. s. ij. ff. ne quid in lo. pb. sed quando per an
fractum plaustrum venit ex opposito vnum no vidit reliquum propter cur
uitatem et ideo lacioz tunc debet esse latitudo ita no doc. in l. vie latitudo
ff. de ser. rust. predi. **I**n fi. g. sup. ver. non recipiat. **N**ota ex hac gl. q̄ iura
urbanorum.

urbanorum predioꝝ assignantur affirmative et negative vt sillicidium re-
cipē vel non recipere sed rusticoꝝ predioꝝ iura assignantur affirmative tā-
tum vt ire per fundum alterius quia non ire est libertas quia nemo debz
habere ius itineris iure naturali vbi ager aqua et omnia sunt communia et
que sit ratio differentie vide glo. l. prime ff. de seruitu vrbā predio In glo
super verbo tollat ibi s. interdum p̄t etiā assignari seruitus alcus tollendi
vt si mihi expediat te alcus edificare quia pressura quadam lumen in eo
es meas deuoluetur vnde dicitis facere contra seruitutem si deponas edifi-
cium **F**imiliter eciam si expediat habere domum alcioꝝ ne domus mea
videatur propter expensas transeuntium vt per domum alcioꝝ mea oc-
cultetur vel propter ventum et pluuiā a quibz precuere possim domui me-
e. **E**t si domus tua alcioꝝ mea sit vt glo. et bar notant in l. prima. ff. de ser-
ui urbanorum predioꝝ **S**equitur & ca.

Rubrica de vsufructu.

Continuat̄ nam supra ē visum de seruitutibz realibz restat mō videre de
seruitutibz personalibus nec obstat qd p̄us tractatur de realibus qz de per-
sonalibz quia imperatoꝝ hic p̄us tractauit de realibus continuando titulū
ad s. si. s. de re. corpo. et incor. ex q̄ ibi nouissime facta fuit mensio de sui. rea.

Vsufructus est ius utendi. **P**erempta substantia
constitutus in ea que constituitur in vltima voluntate et in v-
uos non tamen in perpetuum nec p̄prie in rebus que vsu consu-
muntur sed in illis constituitur vsufructus quasi cum caucione et finitur v-
sufructus morte. maxima et media capitis demiuicōe si vtēdo tempore de-
bito et p̄ solidacionem proprietatis hoc dicit vsqz in fine. **N**ota p̄mo
diffinicionem vsufructus que qualiter intelligitur videtur in glo. **S**ecū-
do nota ibi est enim ius ad quod semp allegatur qd accidens non potest
stare sine subiecto conuincit l. i. ff. e. **T**er̄ nota in s. vsufructus qd vsufruc-
tus potest constitui in vltima voluntate et inter viuos scz per pactōes vel
stipulaciones **I**tem postea per sententiam si vni adiudicetur vsufructus l.
i. ff. e. **N**ota in s. ne tamen qd vsufructus non debet constitui vt proprie-
tas omnino sit inutilis conuincit l. antiquitas C. eo. quod facit in ar. p̄m

io. fa. q. vicinus non dz habere fenestras ad ortu meū sic q. ortus meus in
reddatur inutilis propter aspectum. **I**tem nota in §. constituitur q. in om
nibus rebus que usu non consumuntur proprie constituitur vsusfructus. in
alijs autem rebus prestando caucione de restituendis rebus in eadem bo
nitate vel eius estimacione finito vsufructu iste tamen vocatur vsusfructus
licet in pprie facit q. procedat libellus si quis diceret se in possessione alicu
ius iuris esse nam intelligitur de quali possessione quia in corporalia non
possidentur l. seruus §. incorporales ff. de ac. re. do. Sic etiaz saluatur dic
tum testis qui in pprie loquitur quod verum est quo ad hoc vt testis nō in
cidat in falsum sed tamen non probat quia dictum obscurum testis interp
tatur contra producentem c. in presencia extra de pbaci. **I**tem nota in
§. fini tur modos per quos finitur vsusfructus. **I**tem in §. eo amplius
de secundis nup. et quod duplex sit substitutio et cognicio vniuscuiusqz vide
bitur .i. ty. proximo in .s. qua racione sequitur nigrum.

D Test autem quis in testamento suo. Testa
toz p^r
In suo testamēto quoscumqz gradus heredum seu substitutionū
facere et vltimo substituto potest seruum suum tanqz heredē ne
cessarium substituere in subsidium. **I**tem possunt plures vni vel vn^o plu
ribus uel plures pluribus inuicem substitui et hoc vltimo casu partes intel
liguntur eē adiecte i substitutione quē admodū fuerit expresse in institutione
et substitutus substituto primo instituto intelligitur vterqz substitutus hoc
secūdo. **I**tem substitutus vulgariter alieno seruo instituto quem dominus
putabat esse liberum admittitur cum domino instituti ad quartam partē
hereditatis sec^o si testator sciisset eē cū seruū hoc dicit vltimo vsqz in finē
Et nota summazium per particulas et sic habes totum. **I**n g. in testōbi
vt directe valeat. **N**ota qd institutio vel substitutio directa non potest fieri
nisi in testamento et non codicillis vel in donatione causa mortis. **P**otest
tū fieri fideicommissaria substitutio in codicillis ymmo et si testator directaz
faciat in codicillis scienter valebit substitutio et verba directa obliquantur
vt in l. seuola et ibi nōt. ff. ad trebel. **I**n e. g. in si. **A**n at testator intelligat
fecisse testamentū vel codicillos distingue sic fm bar. in l. i. ff. de codicil. aut
ostat qd testator voluit testari. s. tamen defecit aliqua solēpnitas. **A**pp^r quā
nō p^r illa volūtas valē vt testm. s. vt codicill^o et tē nō vt codicil. vt i hac g. i. si.
qd v^o nisi fuerit adiecta clausula codicilloz qd die hodie ponit in vltis vo
luntatib^o v^oz si non v^oz iure testamenti valeat tū iure codicilloz vel c^ou
bet alterius vltime voluntati vt d. l. i. **A**ut appareat qd testator voluit codi
cillari et valet vt codicill^o et tunc verba directa si ibi ponantur obliquantur
vt d. l. seuola. **A**ut ē dubiū et tunc aut testator apposuit institutionē vel sub
stitutionem directam et in dubio non videtur codicillari vnde si eius volū
tas non valeat vt testm. nec valebit vt codicill^o vt l. nō codicillū C. de tes
ta. non apponit institutio vel substitutio presūit testator codicillari .s. trac
tare ff. de codicil. alias de iure codicilloz. **I**n g. nouissime in si. doc. rep
bāt hac g. fm io fa. nā nō p^rcedere nec via facti nec via iuris. **S**u^o enim
posset substitui et vltra posset suo qd substitui verbi gracia ticius heres
esto et suū tibi substituo et gayū suo. sic etiā de iure possit fieri nā si suus
decederet an aditā hereditatē et ticius repudiaret hereditatē gay^o admit
teret ar. l. iij. .s. i. ff. de here. insti. et hoc etiā p^r fieri ex volūtate dñi. **S**ed fm
glo. nosti ā intellige et verius loq^rur quo ad effectum nam si testator vult
heredem

heredem esse seruum suum necessarium non potest aliquis sibi substitui nā
postq̄ est heres quemadmodum oz si uiuat null' vnq̄ substitut' admittē
et sic ultimo erat substitutus que substitucio effectum habeat ar. l. p' aditā
alle. in g. **In** g. dispiibus ibi l. i. Nota ex hac g. q̄ si testator non exprimat
partes in substitucione uidetur eas uocare p̄ p̄ibus sibi assignatis in isti
tucione et si pars alicuius esset aucta in institucione iure accrescēdi eaten'
uidet' aucta eius ps in substitucioe vt l. si ex testō alle. in g. predicta regula
ē vera q̄n testator substituit per noia appellata secus si p̄ noia ppria vel e
tiā q̄n essent substituit' eq̄liter grauati ad aliquod onus nā tūc vocat' eq̄lic
grauati pro hereditaria porcione et non p̄ virili Ita notat' in' g. l. i. **C. de i**
pub. et ali. substi. et hoc etiā sentit glo. super ver. expressit **In** g. super ver
instituto in fi. Nota ex hac g. q̄ ad hoc vt iste s̄ locum habeat requiritur q̄
vterq̄. i. institutus et substitutus repudiauerit hereditatem secus si vterq̄
adierit suā ptē vel p̄mus substitutus tm̄ qz tunc secundo substitutus nihil
habet qz a pte adita repellitur semper substitutus vt in l. post aditā alle
et hoc est etiā quod voluit g. super ver. distinctione que statim seq̄t **In**
g. in partē ibi l. i. s̄ putat' Ita opio n̄ suat' sequēs v3 qz substitut' tm̄ nō
habeat q̄rtā ptē hereditatis et dominus instituti tres partes et hoc ē pp̄
repugnanciā iuris regularis et voluntatis testatoris Est enim vna regula
que vult q̄ post aditā hereditatē expiret substitucio vulgaris vt l. p' adi
tā **C. e.** et quicq̄ seruus adquirit domino adq̄rit vt s̄. p̄ q̄s perso. nobis
ad. s̄. i. et p̄m hoc substitutus omnino esset repellendus Sed volūtas testu
toris fuit vt si institut' nō esset heres p̄ se nec alter per eum c' iuri postea sa
bicē q̄ substitut' totū h̄ret et sic p̄m h̄ seru' et dñs oino repellerēt ab here
ditate vnde media via est inuēta vt substitut' in illo caū admittat' ad ptē
hereditatis Sed tūc q̄ro q̄re ergo substitut' non admittit' ad didiā hēdi
tatis cū domino instituti nā media via esset diuidere p̄ mediū et p̄ hoc vi
detur facere iste tex. cum dicit Meui' in ptem admittit' cum appellatione
ptis in dubio didiū otinet' l. nomē filiaz. s̄. porcionis ff. de ver. sig. cogita
quia doctores non tangunt sequit' Rca de pupillari substitucione

Rubrica de pupillari substitucione.

Continuatur ad precedentē in hunc modum visum est. s̄ ty. proximo de
vulgari substitucione verum quia est alia substitucio que vocatur pupilla
ris ideo sequitur videre de pupillari Circa quod quero quare hic et in ff.
tantūmodo rubricatur de duabus speciebus substitucionum cum tamen
quinq̄ sint vt videbitur j. co. s̄. qua racione in glo. Respōdet q̄ hoc ē iō
quia.

quia in substantia et in vera proprietate substituendi non sunt nisi due species scilicet vulgaris et pupillaris quia alias species ista in se continet ut videtur debetur in processu habito tamen respectu ad id quod vnaqueque substitutio continet et ad materiam eorum et tractatus sunt quinque species

Liberis suis impuberibus. Filio impuberi potest quis substituere vulgari ter et pupillariter et succedens ex vulgari efficitur heres patri Sed succedens ex pupillari efficitur heres patri et pupillo Sic etiam filio furioso vel mente capto potest fieri exemplaris substitutio que ad exemplum pupillaris est introducta et expirat adueniente sanitate sicut pupillaris adueniente pubertate et hec substitutio pupillaris continet quod ad quid vnum testamentum et quod ad quid duo hoc dicit vsque ad §. si aut quis **¶** Nota ex hoc text. ibi ut si heredes ei non extiterint formam vulgaris substitutionis quia fit his verbis **T**icius heres esto et si heres mihi non extiterit seyus heres esto **¶** Item nota ibi sed eo amplius formam pupillaris substitutionis quia fit his verbis **T**icius filius meus heres esto et si heres extiterit et in pupillari etate decesserit seyus mihi sit heres **¶** Item nota in d. quo casu quod si filius cui datus est pupillaris substitutus decessat ante aditam hereditatem patris tunc substitutus efficitur heres patris. Sed si decessat post acquisitionem hereditatis tunc substitutus efficitur heres vtriusque concolor. l. si plures §. ad substitutos et l. pater a. ff. eo. **¶** Item nota in d. nam moribus quod quando filij propter defectum etatis non possunt sibi facere testamenta tunc conceditur parentibus ut pro filiis faciant et illud introductum est ex humanitate et moribus concolor. l. in principio ff. eo. **¶** Item nota in §. qua ratione quod ad exemplum pupillaris substitutionis inuenta est exemplaris per quam pater potest substituere liberis suis non sane mentis sed furiosis et mente captis concolor. l. humanitatis C. de impube. et alijs substi. **¶** Item nota in d. si autem quod exemplaris substitutio expirat adueniente sanitate sic etiam pupillaris expirat adueniente pubertate **¶** Nota in §. igitur quod quando pater substituit filio pupillariter dicitur quod ammodo facere duo testamenta scilicet vnum sibi et vnum filio est tamen reuera vnum testamentum quo ad confectionem quia ab vno factus est licet contineat duas hereditates **¶** In glo. prima in si. Nota quinque que requiruntur in pupillari substitutione **R**equiruntur etiam et alia tria. primo quod pater sibi ipse testetur nisi sit miles ut l. ij. §. quisquis ff. eo. **I**tem quod ipse impubes sit impubes institutus vel exheredatus l. ij. d. sed si eos ff. eo. **T**ercio quod ad eatur hereditas testatoris. ut in l. ij. d. adeo ff. eodem. nisi sit miles a quo substitutio pupillariter facta tenet licet eius hereditas non ad eatur vel miles ita de testa. mili. de isto plene per bar. in d. l. ij. **¶** In glo. super ver. exemplum ibi prima vulgaris quare dicatur vulgaris notatur in Rea §. de vulgari.

vulgari substitutione quae a quolibet fieri potest et cuilibet sub verbis magis
consuetis et vulgaribus quam alia substitutione de isto plene per bar. in l.
prima ff. e. in prima questione ¶ In e. g. ibi .s. hec verba Nota quatuorplex
fit vulgaris substitutio et quibus verbis fiat Nam duplex est quedam ex
pressa que fit verbis negatiuis vt ticius heredem instituo et si heres non
erit seyus substituo Quedam est tacita que fit verbis affirmatiuis .i. tacite
intelligitur in alia substitutione expressa que fit verbis negatiuis . Ista e
nim tacita vulgaris continetur in pupillari breuiloqua et compendiosa
in pupillari verbi gratia Ticius filium meum instituo et si in pupillari eta
te decesserit seyus substituo intelligitur hec tacita vulgaris . si ticius fili
meus non sit mihi heres seyus sit heres . In breuiloqua vt si dico sic seyus
et ticius filios meos mihi heredes instituo et inuicem substituo continent
due vulgares tacite vnde si ticius non sit mihi heres seyus sit heres vel si
seyus non sit mihi heres ticius sit mihi heres nota in l. lucius ff. eo. in com
pendiosa si dico filium meum impuberez instituo et quando cumque decesse
rit seyus substituo intelligitur hec tacita vulgaris si filius meus non sit mi
hi heres seyus sit heres vt l. centurio ff. e. et ibi plene per bar. io. fa. reprehē
dit tamen glo. et dicit quod expressa vulgaris potest etiam fieri verbis affirma
tiuis verbi gratia ticius heres esto et si ticius me viuo moriatur vel ateque
hereditatem adeat seyus sit heres l. cum in testamento ff. de here insti. vñ
de dicit quod non est curandum de verbis affirmatiuis vel negatiuis ad cog
noscendum an substitutio sit tacita vel expressa Dicitur enim expressa quā
ex recta significacōe et ex vi verborum videtur plata ita quod exprimit expresse Ta
cita quando ex dicitur a mente intelligitur . et est satis probabilis opinio
¶ In e. g. ibi p^o aditā Nō ex hac g. qualiter expirat substitutio vulgaris
quia expirat aditā hereditate quod etiam est verum si tantummodo vñ^o
ex institutis adiret cum plures tamen essent instituti copulatiue vel coniunc
tim l. quidem testamento ff. e. secus si sepatim essent instituti quia tunc quo
ad illam partem expiraret vulgaris substitutio l. ex duobus .s. filium ff. e.
de isto lacius per bar. in l. ij. ff. e. in quinta questione Sed quero quis est
effectus vulgaris substitutionis Respondeo quod quintuplex est primo quia
per eam potest alius succedere cui institutus sit subiectus vel de nono sub
iiciatur vt in .s. si .s. ty. pro. secundo quia testamentum potest sumere viēs
a substitutione si institutus non adijt vbi alias si non esset institutus testamē
tum annullaretur vt l. ij. ff. de libe et postu. tercius effectus est quia contiet
in se tacitam pupillarem l. nam hoc iure ff. e. quartus effectus est quia per
eam succeditur defuncto non instituto vt hic in .s. in quo casu. Quintus quod
de suo herede facit voluntariuz vnde vbi alias suus transmitteret heredi
tatem ad quoscumque heredes l. apud hostes C. de suis et legi dato sibi sub
stituto vulgari non transmitteret sed substitutus habebit hereditatem l. si
filius.

filiius heres ff. de libe et postu et de isto p bar in d. liij. in q̄rta questione
In e glo. ibi verbis affirmatiuis hec glo. reprobatur p io. fa. quia exp̄ssa
pupillaris potest fieri verbis negatiuis ubi gracia ticium filiū meū impu
berem instituo et si ad pupillarez nō aduenerit gajus sit heres vnde exp̄s
sa v̄l tacita pupillaris intelligit̄ fm̄ verba expressa vel tacita et n̄ ē curatū
de verbis affirmatiuis vel negatiuis quemadmodum etiam s̄ dictū est de
vulgari facit c. si pater de testa. in vi. dicitur ergo expressa pupillaris quā
do verbis expressis ex recta significacione et vi verborum intelligitur pu
pillaris facta substitucio verbis gracia quando expresse de pupillari etate
fit mencio vt filium meū instituo et si in pupillari etate decesserit gajus sit
heres **T**acita dicitur que insurgit tacite ex aliqua substitucione vt ē exem
plum in vulgari dū pater ita dixit filiū meū impuberem instituo et si heres
non sit gajus sit heres hic intelligitur hec tacita pupillaris videlicet si he
res erit filius meus et in pupillari etate decesserit gajus sit heres vt proba
tur in d. l. nam hoc iure et que requiruntur in pupillari substitucione dictū
est s̄. in glosa p̄ma **S**ed quero de effectu pupillaris substitucionis **R**ō de
tur q̄ multiplex est nam pupillaris expressa excludit matrem et alios ve
nientes ab intestato **S**z tacita pupillaris contenta in exp̄ssa vulgari nō
excludit matrem vt l. precibus. **C.** e. secundus effectus quia succedens ex
pupillari substitucione habebit omnia bona patris et pupilli vnde cum
q̄ pupillo acquisita vt l. h̄ si plures. **S.** ad substitutos ff. e. et vidim⁹ in glo
sup verbo filio **S**uccedens autem ex vulgari non habebit nisi solum bona
patris vt. s̄. e. in versi. quo casu et facit glo. in. l. qui v̄tēre ff. de v̄tēre inspici
qualiter autem expiret pupillaris substitucio dicitur. **I.** sup verbo adole
uerit **I**n e. glo. ibi vt hic dicitur **N**ota ergo q̄ exemplar substitucio di
citur illa que fit a parentibus filio furioso vel mente capto ad exemplum
pupillaris vt hic et l. humanitati **C.** e. et l. ex facto ff. e. verbis gracia filium
meum furiosum vel mente captum instituo et si in furioze decesserit gajus sit
heres ex quo patet q̄ maiori et puberi potest fieri directa substitucio q̄ a
lias non potest fieri vt dicit g. in d. l. ex facto et l. precibus **C.** de preci. et al s̄
fitu habebit autem substitutus omnia bona patris et filij furiosi si filius i
furioze decedat ad exemplum pupillaris **I**n e. g. ibi quilibet potest sub
stitui **N**ota ergo que sint persone que possint exemplariter substitui quia p̄
mo deberent substitui liberi ipsius furiosi si nō sint fratres furiosi qui si eti
am non extant tūc quilibet potest substitui et hoc est quod voluit g. in ver.
personas **S**ecundo nota ex hac g. tres differencias inter pupillarem sub
stitutōm et exemplarem **S**unt tamen adhuc alie d̄e . primo quia pupilla
ris substitucio solummodo potest fieri ab illo qui habet filium in potestate
vt s̄. in principio huius s̄ exemplaris etiam potest fieri ab alio nam p̄t̄ sic
ri a parentibus masculis et femineis scz patre matre auo auia p̄ auos p̄
auia

aua vt d. l. humanitatis vnde si pater dat vnum substitutum et mater ali
 ū Si pater habnerit filiū in potestate substitut^o a matre habebit bona ma
 terna tm̄ et substitutus a patre habebit omnia bona vnde cūq; queſita Si
 aut. m pater non habuit filiū in potestate tunc substitutus a matre habe
 bit bona materna. substitutus a patre habebit bona paterna. et alia bona
 diuidentur inter istos substitutos ſm̄ bar. in d. l. ex facto **Secunda** differē
 cia qz pupillaris substitutio potest fieri pupillo exheredato vt. ſ. e. ſ. nō so
 lum ſi pupill^o it doli capax **Sed** exemplaris nō p̄t fieri filio exheredato qz
 filius furiosus non potest exheredari ex quo causam ingratiudinis nō po
 test omitttere vt d. l. humanitatis **Tercia** differēcia est qz pupillaris exspi
 rat adueniente pubertate **Exemplaris** vero cessante morbo vt hic in ſ. ſ. ſ. ſ. ſ. ſ. ſ.
 tur **Quarto** qz exemplaris exspirat eciam liberis p̄creatis a furioso nisi il
 li filij essent substituti vt d. l. humanitatis **Sed** pupillaris ita nō exspirat qz
 impubes nō potest habere filios vt ſ. de nup. ſ. p̄mo **Sed** an filius pot. est
 facere testamentum patri furioso dicendum q non qz nullo iure repit cau
 tum et hec exemplaris etiam est duplex quedam expressa de qua. ſ. exem
 plificatum ē **Alia** tacita que continetur in aliq̄ alia expressa nam ibi qualibz
 substitutione alia si fieret filio furioso intelligeretur hec substitutio vlti filij
 i furore decesserit de isto laci^o p̄ bar in l. ex ſco et **Et** et alios in d. l. hūanita
 tis **In** e. g. ibi breuiloqua dicitur autem breuiloqua qz sit verbis breui
 bus ſm̄ glo. in l. lucius ff. e. et vocatur alio modo reciproca qz sit reciproca
 cio vnus in alterum vt d. l. nā hoc iure **In** e. g. ibi vos inuicēz substituo
 Nota per que verba sit breuiloqua substitutio nā per hec verba vos inui
 cem substituo vt l. hereditat. m **E. c.** et hic **Item** per hec verba vter eoz vi
 uens succedet alteri ar. l. ticius et sejus cum l. se ff. de here. insti. **Item** p̄ hec
 verba inuicem substituti mihi heredes sumto vel esto l. cum in testō. ſ. hec &
 ba ff. de here. insti. **In** e. g. ibi q̄tuor substitucōs **Nota** qz breuiloqua sub
 stitucio aliq̄n̄ continet q̄tuor substitucōs & ibi gracia si testator hz duos filios
 impuberes et sic illos instituat et substituat inuicē dicēdo sic filios meos hē
 des instituo et inuicem substituo. nā hec substitucio continet duas vulgares
 vicz si vnus non sit heres alter sit heres et sic etiā de alio duas pupillares
 continet vicz si alter in pupillari etate decesserit alter sit heres **Aliq̄n̄** continet
 nisi duas vulgares verbi gracia si testator habeat duos filios vnū impu
 berem. aliū at puberem et dicat vos inuicē substituo non intelligūt nisi due
 vulgares vicz si filij puber non sit heres alius sit heres et euerſo. non aut
 continēt aliq̄ pupillares p̄p̄oſpitatē vt i d. l. nā B̄ in re. q̄n̄z at continēt tm̄ due
 pupillares vicz q̄n̄ pupill^o exheredat. h^o mōi substitucio sit vt. ſ. e. ſ. nō solū. q̄n̄qz
 lex continetur vt si fiat duob^o filiis impuberibus furiosis. q̄n̄qz octo vt si fi
 at duob^o filiis impuberibus furiosis cum istis clausulis si in pupillari etate
 continet

decesserit vel quando cūq; quia tunc post pupillarem etatē ista substitutio
continet duos exēplares et duas fideicommissarias **De illo** laciū per bar
in d.l. lucius **Sed** quero an hee substitutiones etēte in breui loq̄ dicant̄ ex
p̄sse vel tacite vt sic agnoscat̄ eoz̄ effectus **R̄ndet̄** q̄ dicuntur expresse &
bis generalibus sed non specialibus **Ista** tñ generalis expressio ē sufficiēti
ad excludendū matrem et alios venientes ab intestato vt t̄z glo. et bar. in
d.l. lucius **In** e.g. ibi op̄diōsa **Et** est op̄diōsa substitutio q̄ sub condi
tione mortis vel alia condicione multa amplectitur t̄pa substitutionū. et
dicit̄ op̄diōsa que sub compendio & breuitate verboz̄ multas complec
titur substitucōs scz̄ vulgares pupillares et fideicommissarias verbi gr̄a
filiū meū impuberē instituo et quando cūq; decesserit gaijū substituo cont̄t̄
vulgarem vicz̄ si filius me⁹ non sit heres gaijus sit heres. continet pupilla
rem vicz̄ si filius meus in etate pupillari decesserit sit gaijus heres. cont̄t̄
fideicommissariam vt si filius meus post pupillare etatez̄ decesserit restituat
gaijo hereditatē et hec pbantur p̄ bar. in l. centurio ff. e. **In** e.g. in fine
In hoc articulo laci⁹ distingue cū q̄ritur quo iure valeat substitutio compē
diōsa. aut ista substitutio fit a milite. aut a pagano. i. a non milite **Si** a mili
te aut fit p̄ verba direct̄a puta heres esto aut per verba obliqua puta hē
ditatem restituas aut per verba communia puta talem substituo **Primo**
casu siue talis substitutio fiat pupillo siue non pupillo verbi gracia filium
meū heredem instituo et q̄ncūq; decesserit gaijus sit eius heres tunc si de
cedat filius in pupillari etate valet substitutio iure direct̄o & substitutus hē
bit omnia bona patris et pupilli **Sed** si decedat in adulta etate valet sub
stitutio iure direct̄o. sed substitutus solum hēbit bona patris vna cum fruc
tib⁹ extantib⁹ vt d.l. centurio **Istud** fallit nisi mat̄ filij sit in medio qz̄ tūc p̄
pupillarem etatē obliquatur illa substitutio s̄m glo. hic et in d.l. centurio.
licet bar. ibi tenet contrariū vicz̄ q̄ semper talis substitutio maneat direct̄a
Si aut̄ ista substitutio fiat per verba obliqua tunc semper est fideicommissa
ria vt l. cohered. §. cū si. ff. e. **Si** p̄ verba omunia tunc si mater est in medio
obliquatur alias semp valet iure direct̄o vt l. precibus C. e. de impube. et
alijs substi. **Tercundo** casu p̄ncipali quando fit substitutio a pagano itez̄
distingue. aut fit verbis direct̄is et tunc q̄. tempus pubertatis valz̄ iure di
rect̄o et postea nullomodo l. verbis ciuilib⁹ et l. in pupillari ff. e. et hoc tenz̄
glo. et sic doc. et io. an. in glo. in c. si pater de testa. in vi. licet in nouella t̄z̄
contrariū vbi dicit q̄ p̄ pubtatē obliquatur aut fit verbis obliquis et sp̄ ē
fideicommissaria l. cohered. §. cū filie ff. e. aut verbis sib⁹ vt p̄ verbū substitu
o. tñ et tūc ē vis opinio. qz̄ aut talis substitutio fit p̄ conuēracōm vel p̄ cō
mutacōm t̄pm vt si fili⁹ me⁹ in pupillari etate decesserit vel q̄ncūq; decesse
rit et v̄z̄ q̄. t̄ps pubertatis iure direct̄o p̄ pubtatē iure fideicommissario si sine
enumeracione

enumeracione tpm tunc omni tpe est fidei commissaria et ita tenz hic glo. 7
g. in d. c. si pater licet Jo. an. in nouella aliter dicat de quo laci^o per bar. i
d. l. centurio et p alios in d. l. precib^o Effectus autem est an valeat iure di
recto vel fidei commissario qz per fidei commissariam substitutionem non exclu
ditur mater neqz veniunt bona pupilli sed detrahitur falci^odia vt in d. s.
cū filie. quod non est in directa substitutione. Et vt agnoscatis verba di
recta obliqua et dia^o Dic sic. naz dircā sūt illa q̄ de sui natura important vt
substitutus capiat a seipso non de manu alteri^o vt esto heres l. eā quā C. d.
fidei commiss. et l. omne verbum C. dia de lega. vel talem heredem facio vt in
hac g. in si. oba obliq̄ sūt illa q̄ de sui natura important vt substitutus ca
piat per manū alterius vt est verbum restituatur d. s. cū filie verbum fō
datur l. verbum reddens de ho. sig. verbum datur l. fundi trebaciā ff. de
usufruc. lega. Verba omnia sunt q̄ se habent ad hoc vt possint adapta
ri vt substitutus habeat p se vel per manum alterius vt sunt ista verba sū
stituo perueniat pertineat habeat remaneat succedat reuertat deuoluat
et similia de quo laci^o per bar. in d. l. centurio In dubio tñ potius sūt ob
ba interpretanda vt sint directa qz obliqua ar. l. q̄ciens ff. de re. du. et d. c.
si p̄ In g. adoleuerit ibi si pater filius hodie tñ p agnacōz postumi nō
expirat pupillaris substitucio vt C. de libe. pte. aut. ex cā et ibi notatur
In e. g. in si. Expirat etiā pupillaris substitucio alijs modis scz capitis di
minucione pupilli l. coheredi s. cum filie ff. e. Item expirat taxatione tps
facta a patre puta si pater substituat pupillo vsqz ad x. añū sue etatis nam
adueniente x. anno expirat l. si ita q̄s ff. e. et de isto laci^o per glo. et bar. i
l. in pupillari ff. eodem Sequē s. sicut q̄s.

Sin autem quis ita formi. Pater timēs ne substitutus insidi
etur vite filij potest facere vulgarē
substitutionem palam et pupillarem secretam si tñ faciat pupillarem mani
festam non viciatur pupillaris substitucio et pupillis exheredatis potest
fieri pupillaris substitucio in qua substitutione veniunt omnia bona pupil
li etiam aliunde q̄sita Itē postumis p̄t fieri pupillaris substitucio et si non
valet testm̄ paternum nec etiam pupillare hoc dicit vsqz ad s. singuli Nō
p̄mo consilium q̄o pater potest facere pupillarem substitutionem ne vite
filij per substitutum insidietur Istud tamen consiliuz non opellit seq̄ pater
vt hic in d. illud palam Et sic nota q̄ regulariter non compellit q̄s seq̄ o
filium alterius ad hoc allegatur l. ij. in. si. ff. manda. c. cum in lege veteri de
electione De quo per bar. in l. tici^o et meuium ff. de adminis. tuto. Itē
nota in s. non solum q̄ permissum est patre filio suo impuberi in potestate
constituto pupillariter substituere siue filium instituatur siue exheredet. nam
licet

licet pupillus exheredatus excludatur a bonis paternis potest tamen habere bona
paterna et aliunde et istud inducitur est favore filiorum ne filii exheredati
decedant intestati. **I**tem nota in §. quicumque quod ea que habent locum in sub
stitutione impuberis habent etiam locum in substitutione postumorum hoc
tamen fallit in uno quod filii impuberis exheredatis potest fieri substitutio ve
statim dictum est. postumis autem exheredatis non potest fieri quod exheredari
non possunt cum causa ingratitudinis ommittere non possunt. si quis in suo
§. legis **C.** de inoff. test. **I**tem nota in §. liberum quod nemo potest facere testam
filio impuberi nisi sibi ipse faciat testam quod testam pupillare est pars testi pa
tri. ad quod spallegat ista ratio. **I**n glo. lino ibi nullus esset hec glo. non bene
loquitur secundum iohannem fa. et ratio est quod sicut tignum alienum iniunctum eodibus non
potest vendicari ne verberis difformetur ruinis. l. in rem §. tignum ff. de rei ve
di. **E**t sic hoc fit propter publicam utilitatem. **S**ic etiam dicemus de isto li
no vel terra cum etiam testam sint publici iuris ut l. iij. ff. quemadmodum te
sta opiantur alias enim detraheret copia pbacionis quod esse non debet.
In e. g. in si. hic quidam habent in glo. hoc consilium est pro imperitis quasi
velit dicere quod periti bene sciunt quod in vulgari expressa continetur pupillaris
tacita. unde quo ad ipsum nullum est consilium cum sciant pupillarem sub
stitutionem saltem tacite factam. **S**ed iohannes fa. dicit quod ymmo hoc consilium le
gis est bonum et utile quod in vulgari expressa continetur tacita pupillaris nisi
si aliud sit ordinatum. l. cum filie §. filio ff. e. unde possibile esset quod aliter in
secreto de substituto vulgari esset ordinatum. **I**n g. cauere in si. nam legator
hoc non caueat tamen non possunt tabule pupillares apiri nisi ex iusta
causa. l. pupillares ff. que ad. test. apia. **I**n g. adquisitum in si. nota ex hac
glo. quod illud quod dicitur filiofa. ex eo quod graciosus debet provenire filio occasione
sui ipsi et sic iudicatur peculium adventitium et non profectivum quod fa
cit ad l. cum oz **C.** de bo. q. li. **I**n g. substitutus circa hoc sic excludit fili
exheredatus potest a preterito exheredati gravare ad legata solvenda a quibus ad
eum pervenit de bonis patris ut d. §. cum filie **S**ubstitutus autem exheredatus
non potest gravari etiam quatenus ad eum pervenit de bonis patris. l. ab her
editati de leg. i. ff. et l. si. de leg. iij. et sic est hoc speciale quod alias ubi possum
gravare aliquem etiam possum gravare eius heredem vel legatarium. l. si
fuerit de leg. iij. ratio autem specialitatis reddi non potest nisi quod sic placuit legislatori
secundum ci. et bar. in d. l. cum quidam. **J**o. fa. dicit esse rationem quod hoc est in odium patris
exheredantis et hanc rationem attribuit sibi salic. in d. l. cum quidam. **S**ed hec
ratio non placet quod sic etiam ipse exheredatus non deberet posse gravari
forte posset dici quod substitutio que fit pupillo exheredato fit in eius favorem
ne ipse pupillus decedat intestatus ergo non debet ultra extendi quod in iu
re scriptum est ar. l. ius singulare ff. de legi. maxime cum gravamen substituti
non veniat.

non veniat in fauorem pupilli qz forte substitutus ppter grauamen nõ vel
let adire hereditatem pupilli ar. tex. ad legem fal. circa principium cogita
In e.g. ibi primus pubertati qui et quis dicatur vide ff. de inuti si. in
§ pupillus diuinda glo **I**n g. non valeat ibi idem si ex p'facto et e' racõ
qz quando ex post facto testm rumpitur p pte potest quis decedere testa
tus et pro pte intestatus vt l. nam et si pñibus § si filius ff. de inof. tes.
In e.g. in si. Circa hoc dic sic regulariter quis non potest testari de reb' a
licnis in pñudicium alterius l. conficiuntur § si post ff. de codi. ymmo spẽi
furti est de alieno largiri l. si pignore ff. de fur. Fallit in patre vt hic **S**ecũ
do in monacho q testatur inter liberos de bonis per eum adq'sitis in mo
nasterio vt hic in aut. si q mulier **C.** de sac. sac. ec. Tercio fallit in milite qz
põpnacione factus est intestabilis h' tñ sibi est reseruata testi factio in al
quibus rebus in snia vt l. si quis filio exheredato § sed si quis ff. de inius.
rup. et irri. tes. Quarto fallit in matre conuolante ad secunda vota que p
testari de rebus pmi matrimonij inter liberos de quo in aut. lucrum **C.** d
secundis nup. in preiudicium autem heredis potest q's testari de alienis
rebus videlicet vt ipse luet vel prester estimacionem vt l. cum alien. **C.** de
lega. Sequitur § singulis autem

Singulis autem liberis. Potest testator pupillariter substituere
libet dicitur decedere testat' e' p' vltio morienti substituere tantuz et tunc
ille dicitur decedere testatus alij itestati' hec substitucio pupillaris p't fieri
nominatim exprimendo substitutum vel generaliter quisq's mihi heres sit
fit heres filio meo q' cau' admittit' substitut' q' per se est heres non q' p' aliũ
et admittitur pro porzione hereditaria **I**tem hec substitucio durat in mas
culo vsqz ad xiiij. anuũ. in femina vsqz ad .xij. et extraneo impuberi non p't
quis directo substitui sed bene p' fideicomissariam h' dicit' **N**ota primo ibi
ius legitimaz h' hereditatũ q' testator substituendo vltimo morienti non vi
det' filios suos inuicem substituere vt vn' succedat alteri h' potius videt' re
seruare ius legitimarum hereditatum inter eas vicz vt inuicem succedat
ab intestato vel vt quilibet eoz excepto vltimo habeat legitimũ herede
ab intestato scz illum qui de iure deberet eis succedere ab intestato vt hic
et l. vel singul' ff. e. **I**tem nota in § substituitur ibi aut generaliter q' per
hanc substitucionem quisquis mihi heres erit fit heres filio meo admittit'
solum qui est heres ex disposicione et iudicio testatoris non autem qui h' es
est per alium **E**t sic domin' non potest e' heres pupilli ex illa substitucione
Si seruus domini fuerit institutus a patre **N**ec etiam pater potest esse he
res pupilli mediante filio vt hic et l. qui libe. § hec verba ff. e. **I**te nõ i-
masculo

masculo q̄ pupillari substitucio nō potest fieri in filio vel in femina vt dicitur
 rat post pupillare etatem tamq̄ directa possit tamen fieri vt valeret tam
 q̄ fideicommissaria quemadmodum etiam sic posset fieri extraneo vt hic in
 fine tex. de quo satis dictum ē in .s. q̄ racione s. e. et notatur in c. si pater de
 testa. in vi. **In** g. p̄ma in fine vel aliter et melius ibi non fuit directa sub
 stitucio sed fideicommissaria et fideicommissum relictū ab vno ex heredibus q̄
 vltimo moriet̄ facit videri omnes heredes inuicem substitutos per fidei
 commissum vt est casus singularis fm̄ bar. in d. s. sejus.

Quibus modis testamēta infirmātur. Rubrica

Continuatur ex mente glose **V**isum est de validitate testōz verum quia
 testā pluribus modis rumpuntur qz nihil tam firmū est tam stabile quin
 rumpitur vt in autl. de nup. s. nupcias sequitur ergo modo videre quib⁹ mo
 dis testamēta infirmantur. **V**el potest sic continuari de ordinacione tes
 tatorū dictū est et sequitur adere de eorum infirmacione

Testamentum iure factum. Testamentuz solenni
 ter factum rumpitur.
 per arrogacionem vel adopcionez filij quasi agnacione postūi
 Item p̄ secundū testm̄ q̄ potuit hereditas adiri rūpit̄ primū
 ita q̄ si ex secundo non adeat hereditas reducitur res ad cām intestati. simi
 liter secundū testm̄ rūpit̄ p̄mū licet in secundo testō quis sit t̄mō institut⁹
 heres in re certa potest t̄m̄ in secundo testō confirmari id qd̄ ē dispositū in p̄
 mo et tunc institut⁹ in secūdo tenet̄ restituere p̄ fideicommissū hēditatē institu
 to in p̄mo h̄ dicit vsqz ad .s. alio q̄qz mō **N**ota p̄mo q̄ sicut agnacōe veri
 postūi rūpit̄ testm̄ ita et agnacōe q̄si postūi. i. arrogacōe vel adopcōe filij
 ocoz. l. certū ff. de inuis. rup. et irri. tes. et intellige de adopcōe q̄ fit p̄ ascēdē
 tes in c̄ptate fili⁹ adoptiu⁹ trāsit̄ als nō rūpit̄ testm̄ pris adoptiu⁹qz non
 tenet̄ p̄ illū instituere vt l. cū in adoptiu⁹. C. de adop. **I**tem nō in .s. p̄te
 riore ad qd̄ sp̄ allegat̄ q̄ p̄ora testā rūpāt̄ p̄ p̄terioza et vltimū derogat
 omib⁹ p̄orib⁹ qd̄ ē vep̄ si in vltimo testō nō fiat mētio de p̄orib⁹ **E**t sic nota
 q̄ q̄s nō p̄t̄ decedē cū duob⁹ testamentis **I**tem istud vep̄si ex secūdo testō ne
 mo adeat hereditatē qz tūc nullū testm̄ v3 vt h̄ in d. nā et p̄ qd̄ facit i ar
 gumentū q̄ p̄ secundū p̄curatoriu⁹ reuocat̄ p̄mū ecia si in secundo nō fiat
 mētio de p̄mo nec cōstitut⁹ in secūdo velit on⁹ p̄curatoris acceptare **I**ta
 nōt̄ io. an. in c. siouo de p̄cu. in vi. in glo. q̄ incipit qz sec⁹ **I**tem nota in .s. s.
 si q̄s.

si quis p p secundum testm̄ in quo d̄s est t̄m̄d̄ institut' heres in re certa r̄u
p̄t̄ p̄m̄u testm̄ in q̄d̄s ē v̄l̄t̄ institut' vocor l. si d̄s p̄oze ff. ad trebelli. Et ē r̄o
q̄z q̄n̄ quis est institutus in re certa nullo alio instituto p̄iā habet ac si eēt
v̄l̄t̄ institutus vt l. i. §. si ex fundo ff. de here. insti. Secus tamen si alius eēt
secundo institutus q̄z tunc institutus in re certa habetur loco legatarij vt
C. de here. insti. l. c̄ciens. **I**tem nota ibi p̄pter incerta verba q̄ testōz in
secūdo testō potest expresse c̄firmare institutionē heredis et legata facta
in p̄mo testō et tunc per talem confirmationem intelligitur institutus i se
cuo rogatus restituere hereditatem et legata instituto et legatarijs in
p̄mo potest tamen sibi retinere quartaz vt hic in tex. **I**n g. rumpitur ibi
tunc non rumpitur et est ratio p̄pter reliquias seruitutis q̄ remanent in fi
lio emancipato nam ex quo semel fuit in potestate et postea sit emancipa
tus potest postea reuerti de facili ad statum suum et p̄inde est tunc ac si n̄
fuisset emancipatus sic etiam alias reliq̄e seruitutis aliquid op̄atur vt pu
ta in seruo q̄ desijt esse d̄ni nam talis non potest ad questionez poni ōtra
dominum vt l. vni' facino. §. seruus in capud ff. de questionib'. **I**n e. g. ibi
nepotem id est de nepote extraneo sicut de quolibet alio extraneo vt d.
l. q̄dā cū filium. **I**n e. g. in si. glo. dicit aliqui tamē extraneus potest exhe
redari v̄t̄z quando p̄mo fuit institutus vt l. paterfa. ff. de testō. heredi. in
si. l. si certaz. §. si eadem ff. de mili. tes. et ibi glo. **I**n g. agnacōe in si. **F**ic
etiam si quis fecit testm̄ et intrat religionem r̄umpitur illud testm̄ q̄z monas
terium habetur loco filij vt in autl. de ecclesiis. titu. §. hoc de p̄nti quod est
verum nisi monasterio reliquerit legitimam vt in autl. si qua mulier C. de
sa. sanc. ec. **V**erius est tamen secundum canonistas q̄ per ingressum religi
onis omnino vicietur testamentum quia talis mutat statum et efficitur
lib potestate alterius ar. §. alio. §. eodem et ita tenent in c. in presencia ex
tra de probacionibus. **I**n glo. posteriore rumpitur in fine **R**atio diffe
rencie est quia in sententia iudex cum pronunciat statim fundus est offici
o suo nec amplius potest mutare sententiam vt d. l. iudex. **S**ed testator p̄
primum testamentum bene potest mutare suam voluntatem vt l. i. C. de e
pis. et cleri. et si posset sibi illam potestatem adimere in primo testamento q̄z
nemo potest sibi imponere legem a qua non possit recedere l. si quis in p̄n
cipio ff. de lega. iij. **I**n glo. existere ibi non adatur **N**ota ex hac glo. q̄
per testamentum inualidum non rumpitur primum validum de quo dicit̄
§. eodem. §. ex eo. **I**n ea. glo. in fine dic̄ aut ille adus qui plus valet po
test tolli per tacitam voluntatem et tunc bene reuocatur id quod plus est
per id quod est min' vt videm' in legato q̄d̄ eēt adimitt̄ tacite p̄ testatorem
aut loq̄mur in eo q̄d̄ p̄t reuocari nisi adhibitis solemnitatib' q̄ loquitur o
trariū sic etiā d̄z in testō q̄d̄ non p̄t reuocari p̄ testm̄ minus p̄fem vt in §.
ex eo

ex eo .i. e. ¶ In g. priore in fine. Glosa ponit diuersas opiniones qñ p iudi-
cem appellaciōis confirmatur prima sententia an debeat agi ex illa sentē-
tia vel debeat agi ex secunda sententia vel ex prima. Communis est opinio q
agatur ex secunda et non ex prima. Quam admodum dicimus in testō ita
notatur in l. furti .s. primo ff. de his qui notantur infami maxime quādo
in sententia secunda expresse confirmatur prima. S̄m notata in l. eos C. de
appellaci. de isto lacius per innocen. in c. pastoralis de officio delegati et
per hostien. in summa in ti. de appel. .s. qz effectus.

Alio autem modo testamenta. Per capitis diminucionem
testatoris rumpitur testm̄ p-
us factum si tamen testator recuperat p̄stinum statum reconualescit testm̄
de iure pretorio et sola p̄ma vel alia voluntate imperfecta non rumpitur
primum testm̄ sed oportet q secundum testm̄ sit rite completuz et impera-
tor non capit hereditatem ex testō non iure factō quod dicitur si iperatoz
cā litis instituitur heres hoc dicit vsqz in finem. ¶ Nota primo in hoc casu
q aliquando testamenta dicuntur nulla aliquando irrita aliquando ru-
pta inter que licet quo ad effectum non sit differentia tamen differunt in
respectu. Dicitur etiam testm̄ nullum seu non iure factum quando ab inici-
o non tenet quia deficiunt sollemnitates in eo vel in eo est pretericio p̄a-
na vt l. prima ff. iniul. rup. et irri. testa. et s̄. de exhere. libe. si. Rumpitur at
testm̄ t̄b̄ modis scz per arrogaciōem p agnaciōem et p secūdi testi op̄osiōem
vt h̄ in g. sup. d. rūpit. Irritat testm̄ a seipo manet testm̄ nō h̄ns effectū
testōz capite diminuit vt in h̄ tex. Itē qñ nō adit ex illo testō hereditas vt
l. i. in fi. ff. de iniul. rup. et irri. tel. irritat ec̄ duob̄ alijs modis de qb̄ dicit h̄
in g. i. ¶ Itē nō in d. h̄ qz q̄ modū ē singulas res p̄p̄is vocabul̄ designa-
re q̄ iam verbis p̄miscuis et ad hoc s̄p̄ allegat̄ ex q̄ notat̄ q̄ in dubio d̄
ba sūt sp̄ in p̄p̄a significaciōe intelligēda qd̄ facit ad materiā statutoz in
l. oēs ppli ff. de iusti. et iure. et ibi p̄ bar. in libello tñ d̄ba obscura aliqñ in p̄
p̄at̄ qñ nō p̄nt sūi p̄p̄ie vt l. si q̄s int̄cōe ābigua ff. de iudi. ita etiā in teste
verba aliquādo impropr̄iantur ne incidat in falsum de quo per bar. in li-
ter stipula .s. si stichum ff. de verbo. obli. In contractibus tamen verba re-
gulariter interpretantur contra eum qui apcius poterat declarare rem
vt l. veteribus ff. de pac. Item nota in .s. non tamen q̄ testamentum fac-
tum irritum de iure civili potest reconualescere de iure pretorio si testator
statum suum recuperat ex c̄mutaciōe testm̄ fuit sc̄m irritū nō tñ reconalesc̄
iure civili l. q̄ ex libe. .s. testō sc̄o ff. de bono. poss. s̄m tab. ¶ Itē nō in .s. et
eo ad qd̄ s̄m p̄ allegatur q̄ testm̄ imperfectū est nullum vnde non potest
rumpeze

rumpere perfectum Item allegatur quod per nudam voluntatem testatoris non
reuocatur testam. Item nota in § eadem quod princeps non est privilegiatus
magis quam ad acquisitionem alicuius quam sit priuatus immo est minus privilegiatus
quod priuatus potest institui cum lites et non princeps facit ad hoc l. ex imperfecto
de testa. et l. penul. ff. de here. insti. ¶ Item nota in fine Ad quod semper alle
gatur quod licet princeps sit solutus legibus ut l. digna vox C. de legi. ipe tamen
vult viuere secundum leges ut ibi et hic ¶ In § prima in si. glo. non explicat hos
duos casus in quibus irritatur testam. unde primus est quando testator captus
est ab hostibus et liberi sui vel quicumque alij instituti negligunt testatorem
et non redimant eum nam tunc ab illis aufertur successio et applicatur ec
clesie illius ciuitatis pro redemptione captiuorum Legata tamen remanent
firma quod verum est nisi esset institutus minor xviii. annorum. quod ei prece
ditur in aut. si capti C. de epis. et cleri. Secundus casus quando testator effi
citur furiosus vel alias infirmus et cum heres institutus est requisitus ut
curet de testatore et ille negligens est nam tunc aufertur hereditas et ap
plicatur extraneo qui testatorem curauit ut in aut. liberi C. de epa. audie.
In § perfecte ibi non sola mutacione hoc verum est nisi testator dixerit nolo
hic testari sed volo decedere intestatus. nam tunc per adopcionem heredi
tatis a venientibus ex testam. fit reuocacio voluntatis secundum bar in l. si iure de
le. iij. ff. ¶ In e.g. in fine Conclude ex glo. regulam quod per secundam volun
tatem minus perfectam non rumpitur primum testamentum perfectum et
validum ut hic et § posteriore §. c. Fallit in octo casibus ¶ Primus quan
do testator reuocauit primum testam. sola voluntate et cum est lapsu decen
nium ut l. sanxi ff. de testa. Fallit secundo quando primum testam. erat validum de iu
re militari nam tunc per secundum minus solemne de iure si illud rumpitur l. ei
militis § milicia ff. de testa. mili. Tercius quando primum testam. erat vali
dum de iure communi sed secundum de iure militari ut l. ij. ff. de instul. rup. et irri.
test. Quartus quando in secundo testam. minus perfecto erant instituti venientes
ab intestato l. hac consultiissima § si quis C. de testa. Quintus quando testator reuo
cauit primum testam. non solum verbo sed etiam facto puta quod incidit testam. et tunc
aut ideo incidit quod voluit decedere intestatus et succedunt venientes ab i
testato aut quia reputauit heredem indignum et veniet fiscus In dubio
tamen presumitur quod testator incidit quod voluit decedere intestatus secundum bar in
l. nostram C. de testa. licet ibi glo. teneat contrarium Si tamen testam. alium
de esset rasum a tineis vel a muribus dummodo tamen nomen heredis
videatur hoc non viciat testam. l. i. § si rase sint ff. de bono. poss. secundum tablas
et in d. l. nostram Sextus casus quando ex secundo testam. heres adiuuit heredi
tate per errorem quod putauit ultimum testam. esse validum cum esset imperfectius
nam tunc irritatur primum non per secundum. sed quod ex primo non aditur
hereditas

hereditas vt l. claudius clodianus als incipit clodi ff. de adq. vel amitt. here. Septi' cas' qñ. testator i scdo testō min' solēni v' codicill' exp'ssit hēdē scriptum esse idignuz ppter offensam qz tunc vocatur fiscus ad successōz vt l. hereditas C. de his qui vt indig. nam licet alias in codicillis nō directā hereditas p't adimi. potest tamen si testator exp'mat heredē indignum Si tñ id quod est legatuz in pmo testō legetur alteri reuocatur p'mū legatum sed non hereditas vt l. ex pte heres ff. de adimen. et transsc. lega. Quotāuis casus si fuerit adiecta clausula codicilloz in secunda volūtate v'z si non v'z iure testivaleat iure codicilloz vel cuiuslibet alteri vltie volūtate Nam per talem clausulam inducitur adempcio seu reuocatio venientiu testō. q' adempcio confirmatur p' adicōm venientium ab intestato fm bar in l. si iure ff. de leg. iij. ¶ In g. nllū ibi in fine legis et per hoc semp allegatur q' nihil est perfectum qz diu restat aliquid perficiendum hoc verum est in his que sunt de s'ba formali secus in his q' sunt de s'ba materiali vt in acceptillacione que si non valet vt acceptillacio valet tamen vt pactum l. an inutilis ff. de acceptil. Item secus in maleficijs vt l. quisque C. ad l. iuliam maicsta. Seqt' b'ca de inoff. test.

Rubrica de inofficioso testamento.

Usus est s' qualiter testm infirmetur ipso iure Sequitur modo videre q' liter infirmetur p' officium iudicis h' est qñ intentatur q'rela in offic. test. q' si testm sit factum contra officium pietatis Seqt' nigz.

Quia plerumqz parentes. Liberi vel parentes inique frater vel soror turpibus personis institutis habent querelam a qua excluduntur qui aliud remediū habent et quibus aliqua pars hereditatis est relicta quamuis minus quarta quia illa suppletur p' iudicis arbitrium Item petendo legatum alieno nomine non excluditur per hoc a querela Nec querela de alieno nomine perdit legatum sibi factum et sufficit vt quis non possit querelare vt sibi sit relicta quarta quoq' relicti tytulo. Que quarta etiam sufficit quamuis plures velint agere hac querela hoc dicit totus iste tytulus ¶ Nota primo q' filio iniuste exhere dato proditum est remediū querele inofficiosi testamenti per quod filius querelat testamentum patris tamquam contra officium pietatis conditum. Secundo nota in s' non autem liberis tantum. i. q' idem ius est seruandū circa q'relā testamētoz aditoz a libis resp'cū pntū qd' ē circa testā parentum

pn̄tū resp̄cū liberoꝝ vñ sic̄ filius iniuste exheredat' q̄relat testm̄ parentis. ita
etiam pater iniuste exheredatus q̄relat testm̄ filij. **I**tem nota in .s. soroz
q̄ collateralib' non datur querela nisi fratri et sorori et hoc duobus inter
uenientibus. **P**rimū q̄ frater et soroz sint coniuncti ex vtroq̄ parente vel
saltem ex patre. **S**ecundū q̄ turpis persona sit instituta. **I**tem nota in .s.
tam autem ibi si nullo q̄ querela in offi. testi. ē remediū subsidiarium qz
tunc demū operit qñ q̄s q̄rtam sibi debitam de iure. alio iure conseq̄ non
p̄t. **I**tem nota in .x. **S**i vero quantacūq̄ p̄sq̄ qñ filio minus legitima
ē relicta tunc ipse agit ad supplementū legitime quod sibi taxabitur arbit̄
o iudicis vt hic et l. omnino. **C. e.** **I**tem tota iu. .s. si tutor q̄ licet alias q̄s
in accipiēdo legatum relicto in testō videēt a p̄bare testm̄. ita q̄ nō au
ditur volens querelare vt l. nihil ff. c. h. tamen verum si suo nomine et p̄ se
petat illud legatum. secus si alieno nomine et necessario petat quemadmo
dūz tutor petit. si tamen petat alieno nomine et volūtario tunc etiā nō au
ditur volens querelare vt si peteret tamq̄ aduocatus seu p̄curator qz
illa officia sunt spontanea et hoc est quod voluit glo. hic sup̄ vbo tutor.
Item nota in .x. sed si econtrario q̄ licet alias qñ quis succumbit in quere
la p̄oit legatum et applicetur fisco vt l. pomponius .s. meminisse ff. e. h. v. p̄
est nisi illam querelam intentet nomine alieno et necessario. **E**t sic nō q̄ qñ
q̄s agit aliq̄o n̄ vt ip̄e h̄ vt ali'. **I**tem nota in .s. igitur q̄ iure isto suffi
cit q̄ filio sit relicta quarta quoquo relicti titulo hodie tamen requiritur
q̄ sibi relinquatur iure institucionis cum ille sit titulus honorabilior et p̄
ter ius accrescēde vt in autl. nouissima. **C. e.** vnde conclusio q̄ in nouē punc
tis seu articulis hec iura sunt hodie correctā p̄m' est iam vidus. **S**ecund'
qz olim institutus in minus q̄s quarta agebat hac querela vt h̄ in tex et l.
cum q̄rit. **C. e.** hodie tamen si minus q̄s quarta agit ad supplementum vt
in .x. sed hec ita s̄. e. et l. omnimō. **C. e.** **T**ercius qz olim legitima filioꝝ erat
q̄rta p̄s h̄ditatis vt l. p̄utib' et l. cū q̄rit. **C. e.** **S**ed hodie legitima filioꝝ ē
fens vel semis vt nota in d. autl. nouissima. **Q**uart' olim filius exheredat'
volens querelare debebat probare se non fuisse ingrātum hodie autēz he
res debet probare filium fuisse ingrātum. ad primum facit l. v. .s. i. ff. c. ad
secundum facit l. omnimō. **C. e.** **Q**uintus qz olim postumus habebat que
relā et poterat exheredari vt in .s. postm̄i s̄. e. hodie autē nō p̄nt exheredari qz n̄
p̄nt eē ingrati vt l. si q̄s i suo .s. leg. **C. de ioff. test. sext'** qz olim hec q̄rela n̄ p̄
pata nō trāsmittebat ad suū h̄dēt vt l. postm̄. .s. si cū l. se. ff. e. hodie autē bñ
trāsmittit. vt l. sancti' in fi. **C. e.** **S**eptim' qz olim sufficiebat dicē filiū meūz
exheredo qz ingrāt' vt l. omnimō. **C. e.** hodie autē cā ingrātitudis ē p̄ testatorē
exp̄mēda vt in .s. aliud h̄ quoq̄ capituluz in autl. vt cū de appell' d̄gnof
ca. **D**ctau' qz olim contra testm̄ factum de castrensi vel q̄si castrensi n̄ dabat
querela

querela hodie sic nisi sit miles in expedicione vt in .s. non tñ et ibi dictū ē s̄ de mili. testam. **Donus** est qz olim rupto testō p̄ querelaz non debebantur legata hodie sic vt in aut. ex cā **C. de libe. pte.** Et ista colligunt ex glo. fi. **In** glo. liberorū in fi. bar. dicit qz querela in offi. testi ē q̄dā remediū restitutoriū quod implozatur per officiu iudicis qd̄ neqz p̄supponit obligacionē neqz actionē l. que p̄ collusionem ff. de ac. ep̄. et hoc remediū quandoqz im̄prie vocatur actio vt l. quemadmodū in fi. ff. e. **Et** qñqz im̄prie vocat̄ accusacio vt l. postumus in fi. ff. e. **In** gl. vincere in fi. glo. in hoc articulo variarūt **Sed** veritas est qz filij fratrz non possunt querelare nec perse nec cum patris suis et est glo. in l. fratres **C. e.** **Sed** si patris querelant et tñ phant tunc filij fratrum bene admittuntur ad successionez ab intestato cū illis patris et ita intelligenda est ista glosa. **In** glosa. tam naturales i fi. **Nota** ergo qz naturales filij tñ possunt querelare testā matris sed non patris **Racio** dr̄ potest esse qz pater non tenetur filios naturales tñ instituere vel exheredare et est glo. notabilis in .s. p̄mo s̄. de nupcijs **Sed** mater si non instituat filios naturales tñ vel etiam vulgo questos rumpitur testm̄ matris vt .j. ad orficiānū .s. nouissime. quod est verum nisi eēt ex dā nabili coytu **Putat** incestu vel adulterio. vt notatur in dicta. l. si suspēda .s. p̄mo. sequitur **Rca.**

Rubrica de heredum qualitate et differēcia.
Continuacio rubrice patet satis ex principio glo. seq̄t nigrum.

Heredes autē aut necessarij dicuntur. **Triplex** heredum aut sunt necessarij aut sui et necessarij aut extranei. et s̄ uis a domino suo institutus d̄ncē et liberi dñdentes p̄ lineā masculinam existentes in potestate testatoris tempore mortis eius dicuntur sui et necessarij de iure ciuili sed de iure p̄torio habent beneficium abstinendi. alij autem qui iuri testatoris non sunt subiecti dicuntur extranei hoc dicit vsqz ad .s. in extraneis heredib. **Nota** p̄mo triplicē q̄itatē heredis **Secdo** nō i .s. necarij q̄re q̄s dr̄ hēs necarij qz de necessitate compellitur vt sit heres siue velit siue nolit. **Item** nota q̄ ad hoc vt quis dicatur heres necessarius duo requiruntur. p̄mū qz efficiat̄ liber ex testamento **Secundo** qz sit heres institutus. alias autem diceretur extraneus. si ex testamento non consequeretur libertatem vt .j. eodem .s. ce teri & l. ruius quoqz **Et** sic nota casum in quo q̄s opellitur inuit̄ e cceptare beneficium libertatis. **Et** hoc siue dominus relinquat ei libertatem in testamento.

Nota pmo q accusacōs et actiones non sunt idēz ymmo in multis differunt Differunt enim in tribus scz in principio medio et fine In principio nam actōs dantur p causis civilibus sed accusacōs dantur p causis criminalibus de quo per bar in l.i. ff. de iur. ex le. an at ex causa ex qua agitur et extraor. qg. dicit in medio qz in civilibus actionibus omnis actor astringitur ad probandum et eo n on probante reus absolvitur l. qui accusare l. de eden Sed in criminalibus accusacōibus in pluribus causis q hnt in l. fallaciter C de abo. uterqz hz probare Item dicit in fine qz in civilibus petitur aliquid dari vel fieri actori In criminalib' petitur dari vel fieri fisco de quo est g. in l. iij. ff. de sepul. viis Et per bar in l. si. ff. de pua. delic Ex quo cognoscitur quando qd dicatur agere civiliter vel criminaliter Conueniunt tñ actiones et accusaciones qz in vtraqz iuratur de calūnia vt in l. i. et ibi per bar. C. de iura calum Item in vtraqz requirit libellus vt in l. libel et ibi lacius per bar ff. de accu. et per hoc est declarata B g. ij. **U**te nota ibi publica quare ista iudicia dicantur publica qz dicuntur quasi publica seu populata qz competunt cuilibet de populo Quod est verū nisi in crimine suppositi ptus vbi soli pntes admittuntur ad accusandū Itē fallit in crimine adulteri vbi certē persone admittuntur tñ ad accusandū et hoc voluit hic g. super ver. plerūqz **U**tem nota ibi publicozqz iudicia diuiduntur in duas species scz in capitalia et non capitalia Capitalia sūt per que inferitur mors naturalis vt capitis amputacio furcazum suspensio vel alterius vltimi supplicij impositio l. capit. in principio ff. de penis vel de quibus penis visum est s. q. mo ius pa po sol. in s. relegati et in s. cuz at Non capitalia iudicia sunt illa per que non inferitur mors naturalis vltimilis sed tantum infamia l. ogni. s. estimacio ff. de va et extraor. cogni Itē per que inferitur pena pecuniaria vel modica cohercio in corpus vt putastigacio l. ij. in fine ff. de pub. iudi Et de istis vide plene per innocenci. in c. qualiter et quando ij. de accusa et per bar in d. l. ij. **I**n g. instituendis ibi ff. de priua. delic l. si Nota hic qualiter debet formari libellus in accusatione criminali Et est ista glosa ad hoc magistra Plenior est glosa in l. de accusaci. que glosa fundatur super l. libellozum ff. de accusaci. debet enim accusacio continere nomen accusatoris et accusati annum et mensem commissi malefici Sed non est necesse q dies commissi malefici inferatur p accusantē Si tñ accusat' perat declarari diem cogitur ad hoc accusator officio iudicis de quo per bar in l. libellozum ff. de accusac. Itēz

debet.

debet accusatio continere locum malefici commissi per duos confines sal-
tem declaratum vt in l. forma ff. de cens. nisi locus esset de se certus et no-
torius vt est domus consularis vel hic ecclesia sancti petri quia tunc non
est necesse declarare confinia vt in l. cum seruo §. si. ff. de contrahen. emp.
Non tamen est necesse locum loci exprimere vt cameram talis domus sic
nec diem nisi locus loci vel dies aggrauaret delictum vt in l. de pupillo
§. qui nunciat et ibi per bar. ff. de noui ope. nuncia. Item debet accusator
se inscribere ad penam talionis l. qui crimen C. qui accusa. non possunt et
in c. tue extra de procu. Sed hec inscripcio non est in vsu fm bar. in l. si cui
ff. de accusa. Predicta vera de inscripcione nisi procedatur via inquisicio-
nis vt tenet g. in d. l. qui crimen Pro quo notandum qd regulariter sine ac-
cusatore nemo punitur vt hic et l. rescripto §. si quis accusatorem ff. de mu-
et hone Fallit hoc in crimine lenocinij quod mulier accusata de adulterio
per maritum opponit contra maritum vt in l. ij §. si publico ff. de adul. et ibi
per bar. Secundo fallit in teste deponente falsam vt in l. nullum C. de test.
Tercio in producente falsam scripturam l. iubemus C. de probaci. Quar-
to in causa suspecti tutoris l. tutor §. preterea ff. de suspic. tuto. Quinto in
calumniatore l. i. ff. de calum. Sexto in notorio crimine l. ea quidem C. de
accu. plures alios casus vide in quibus iudex potest procedere ex inquisi-
cione sine accusatore in spe. in ti. de inquisicio §. quando autem licet bar. ali-
ter dicat in d. §. si publico Istud verum est de iure ciuili De iure tamen ca-
nonico regulariter iudex potest procedere per inquisitionem dummodo
precedat diffamatio alias non vt in c. cum oporteat et in c. vt inquisicio
et c. qualiter et quando de accusa. super qua diffamacione summarie est p-
cedendum vt in d. c. qualiter et quando et per hoc est declarata sequens
pericula glose

Publica autem iudicia. Committens prodicionem contra im-
peratorem vel rem publicam romano
rum punitur in corporis examinatione et eius memoria post mortem da-
natur hoc dicit vsqz ad §. l. iulia. Et vocatur hoc maleficium crimē lese ma-
iestatis vt ff. et C. ad l. iulia. maiesta. vocatur etiam crimen per duellionis
vt §. interdum §. de here que ab intesta. Et est sciendum qd hoc crimen ml-
tis modis committitur vt habetur in l. i. ij. iij. ff. ad l. iulia. maiesta. Non
tamen omnes illi proprie dicuntur committere crimen lese maiestatis sed
solum illi qui machinantur contra principem et consiliarios suos ac sibi
astantes qui dicuntur pars corporis principis ut l. quisquis C. e. nam ta-
lium delinquentium ac etiam machinantium contra rem publicam damp-
natur memoria vt l. si. ff. e. Alij autem improprie dicuntur committere crimē
lese.

lese maiestatis et puniuntur pena capitis et publicatione bonorum vt l. e
cia ff. e. et d. l. quisquis Item crimen simonie equipatur huic delicto c. licet
heli de simo. et d. l. ij. Qui autem dicantur rebellat e contra principem et
machinari contra eum Et quid si quis rebellat contra alium dominum te
poralem vel contra propriam ciuitatem vel contra rectores ecclesie dicit
plene notatur per bar. in extrauaga qui sint rebelles Et aduerte qd etiam
filij committentes istud delictum puniuntur vt d. l. quisqs Et sic delictum
patris nocet filijs contra l. sanctimus C. de pe et l. crimen ff. de pe. Sz dic
qd in pena infernali filius non portabit iniquitatem patris sed in corpa
li pena sepe filius portat Et idem est in spiritali pena quantum ad pena
interdicti oblationis et promociois sed non quantum ad excommunicati
onem ita concludit glo. i. q. iij. in principio xxij. q. iij. in principio Qui eci
am alij puniantur ex hoc delicto vide in d. l. quisqs Item quero qui admit
tantur ad accusandum pro isto delicto Respondetur qd vnusquisqz et mu
lier et seruus et filius et infamis l. famosi cum l. se. ff. e. et notat g. in l. hi. tñ. s.
liberi ff. de accusacion. ymmo quod plus est pro hoc crimine licitum est fili
o occidere patrem et e contra vt in textu singulari in l. minime ff. de relig. q
sump. fure. Non tamen admittitur ad accusandum inimicus capitalis vt
notat spe. in ti. de accu. s. i. in fine per c. tuas de simo. Itz quero quis tene
atur ex hoc delicto Respondetur qd omnes qui committunt ea de quibus
s. dictum est et etiam scientes ea delicta commissa esse et non reuelantes d
l. quisqs in verbo conscius C. e. de quo per bar. in l. vtrum ff. ad l. pom. de
para. Quod est verum fm bal. in quodam suo consilio si illa sciencia sit p
babilis ar l. qui accusare C. de eden. Qui ergo vidit aut audit aliquid qd
probare non potest non tenetur hoc reuelare fm bal. qui allegat l. in nos
tris in fi. C. de calumpnia Finaliter quero an illi qui faciunt conspiracio
nes in ciuitatibus ita qd vna pars expellatur de ciuitate dicantur commit
tere crimen lese maiestatis g. in l. fallaciter C. de abolic. que dicit qd sic Sz
g. in l. i. in ver vrbe ff. e. dicit qd non Falic. concoz in d. l. fallaciter Aut istud
spiracio fit vt ciuitas eruatur de subiectione imperij vel pape et tunc est cri
men lese maiestatis Sed si fiat consonum ad hoc vt eligatur regentes tuc
dicitur crimen sedicionis quod licet sit capitale vel naturaliter vel ciuilit
fm personarum qualitatem vt notatur in l. i. C. de sedici. Tamen no impo
nit omnes peas pro crimine duellionis ipositas nisi fiat sedicio in vrbe ro
mana vt dicit g. in l. i. ff. e. et hoc etiam sequitur ange. ibi.

Itz lex iulia de adul. Lege iulia de adulteris puniuntur gladio
adulteri et zodomite sed procatores. femi
narum si honeste fuerint puniuntur in publicatione dimidie ptis bonoruz
li vi

si viles in cohercione corporis cum relegacione hoc dicit vsque ad §. lex
cornelia Unde sciendum est primo q̄ inter vicia carnis est dare adulteri
um. raptum. lenocinium stuprum incestum et simplicem fornicacionem int̄
que est differencia vt notatur xxxvi. q. prima ca. cum ergo Et notat glosa
in rubrica C. de adulte. Adulterium dicitur quod proprie committitur in
nuptam Et dicitur adulterium quasi ad alterius mulieris thozum seu vte
rum transitus vt in dicto §. cum ergo et l. inter liberos §. primo ff. de adul
terijs Hinc est q̄ si vxoratus habeat rem cum soluta non committitur ad
ulterium vt notat glosa in l. prima C. de adulterijs. Improprio tamen
sumpto vocabulo adulterium capitur pro stupro vt in dicto §. primo et
in l. inter stuprum ff. de verborum significacionibus Raptus dicitur quan
do quis rapit mulierem virginem viduam vel monialem De quo dicitur
infra eodem §. si autem per vim. Lenocinium autem committitur a viro
cum deprehendit vxorem in adulterio et eam scienter retinet. l. mariti le
nocinium ff. de adulterijs Hodie tamen hoc corrigitur quia vir potest re
consiliari vxori dampnate de adulterio et ipsam repetere et retinere vt in
aut. sed hodie C. de adulterijs Dicitur etiam lenocinium quando vir ca
pit precium pro celando adulterio cooperto vt in dicta l. mariti Et etiam
de iure canonico peccat mortaliter qui committit lenocinium cum dica
tur patronus et auctor turpitudinis c. si vir de adulterijs. ¶ Item nota
committitur etiam lenocinium quando quis prebet alteri domum vel eci
am auxilium pro adulterio committendo vt l. qui domum ff. de adulterijs
et in l. auxilium §. primo ff. de minoribus. Stuprum enim committitur in
virgine vel vidua honeste viuente vt hic in textu. Secus ergo in meretri
ce quia tales non subsunt laqueis legum vt notatur in l. qui adulterium
C. de adulterijs. ¶ Dicitur autem meretrix que multorum libidini se pre
bet vel cuius turpitudine venalis ē vt notat glosa in c. inter opera superpez
bo publicas de sponsalibus et in l. palam ff. de ritu nuptia. Et ius canoni
cum seu ecclesia dissimulat has meretrices vt maius malum euitetur dict.
c. inter opera Stuprum etiam committitur si quis cognoscat concubinaz
licitam alterius Nam concubinatus licitus non punitur a lege vt l. in con
cubinato in fine ff. de concubinis. Dicitur autem licitus concubinatus
quando quis capit libertam in concubinam vel aliam mulierem de vili
loco puta de lupanari vel quando capit etiam honestam cum illa protes
tacione ab inicio q̄ eam vult retinere in vnicam concubinam. vt nota
tur in l. prima in fine et dicta l. si in concubinato ff. de concubinis Non au
tem committitur stuprum si scolaris cognoscat concubinam presbiteri vel
alterius

alterius clerici in maioribus constituti vel minoribus beneficiati. Illis enim non licet tenere concubinas ut in autl. de sanctis episcopis §. clerici et l. si vxor ff. de adulterijs Et ibi per Angelum Et notatur per iohannez an. in regula iuris sine culpa in marcurialibus. De quo lacius per barth. in dicta l. in concubinato. Istud verum fm leges. Sed de iure canonico omnis concubinatus est illicitus et reprobatus ut vicesima .q. quinta c. primo in fine. Quod est verum quantum ad penam spiritualem. sed non ad temporalem fm barth. in dicta l. in concubinato. **I**tem stuprum committitur cum puero l. stuprum §. primo ff. de adulterijs. Et illud dicitur peccatum zodomiticum quemadmodum. et illud cum vir nubit in femina ut in l. cum vir nubit **E**odem Per quod viciium quandoque ciuitates vlcione diuina igne concremate sunt Tres scilicet proprio delicto. Et due ex vicinitate ut in c. clerici et ibi notatur de excessibus prelatorum et etiam in c. cum secundum de hereticis libro sexto. et Genesis nono capitulo. Et istud maius peccatum est quam cum matre agere ut tricesima secunda .q. septima c. flagicia et c. adulteri malum **I**ncestus committitur cum consanguinea vel affine. scilicet. quam prohibetur quis ducere in vxorem ratione sanguinis l. finali ff. de ritu nupciarum et in l. si adulterium cum incestu ff. de adulterijs et ibi per bartolum. **F**ornicacio autem est nomen generale quia omnis immunda pollucio corporis dicitur fornicacio ut tricesima secunda .q. septima c. non solum et e. ca. q. quarta c. meretrices Et de istis vicijs ponuntur hi versus **F**ornicor in viduis in virgine perpetro stuprum **I**ncestum facio consanguineas violando **R**aptum committo si qua rapui violando Et de penis eorum criminum aliquid tangitur hic in textu cum glosa **¶** Unde nota primo quod lex iulia de adulterijs est publici iuris et hoc voluit prima glosa. Non tamen intelligas quod omnes possunt hanc accusationem intentare. sed solus maritus. pater vxoris frater patruus et auunculus. Non autem extraneus ut l. quamuis c. de adulterijs Et in casibus etiam vir non potest mulierem accusare de adulterio ut notatur in c. intelleximus de adulterijs **¶** Item nota quod pena committentis adulterium est capitis punitio. ut in hoc textu **¶** Pro quo notandum quod in hoc variarunt glose. Nam glosa in l. secunda §. miles ff. de infam. et l. claudius ff. de his quibus ut indigni et l. cum viro §. adulteri ff. de re militari. Dicunt quod olim pena adulteri non erat pena capitis nec etiam declarant que pena erat olim. Sed glosa in c. tue. de procuratoribus dicit quod fm veteres leges erat pena sanguinis hodie tamen pena capitis ut hic et l. quamuis in fine c. de adul.

Quod

Quod est verum in masculo . sed in femina adultera est pena immutata
quia ipsa est detrudenda in monasterium vt in aut. sed hodie **C. de adul**
terijs et in **c. gaudemus** in domino de conuersione conjugatorum Sed
est alia glosa in **l. si quis viduam** ff. de questionibus Que dicit qd pena ad
ulteri est capitis vel deportacionis fm condicionem personarum Nam si
persona erat vilis erat pena capitis vt dicta **l. quamuis** Si est nobilis vel
in dignitate tunc est deportacionis dicta **l. si quis viduam** Et hanc opini
onem sequitur bartolus in dicta **l. claudius** et dicto **§. adulteri**. Sed de
iure canonico adulter masculus si est clericus deponitur Si est laycus ex
communicatur octuagesima prima distincione. **c. si quis queritur** et dicto
c. intelleximus Femina vero detruditur in monasterium vt dicto **c. gaude**
mus De iure tamen diuino mulier adultera dilapidabatur tricesimaterci
a. q. quinta **c. hec ymago** Aduerte tamen qd vir habens rem cum alia non
potest mulieri imponere adulterium vt in **c. finali** de adulterijs Nec hodie
propter adulterium fit omnino diuorcium sed separacio thori et lucratur
non aduiter dotem vel donacionem propter nupcias tricesima secunda. **q.**
prima cano. dicit dominus Et istud adulterium potest accusari vsque ad
quinquennium vt hic in glosa finali. De pena raptus vide in **§. si autem**
per vim infra eodem Item pena lenocinij est eadem sicut adulteri vt no
tat in **l. si quis adulterium** ff. de adulterijs Nisi vir velet recipere vxorem
suum vt supra dictum est Similiter pena incestus est eadem cum pena ad
ulteri vt notat per barth. in **l. si adulterium** cum incestu ff. de adulterijs.
Pena autem stupri scilicet quod committitur cum virgine vel cum vidua
regulariter est publicacio medie partis bonorum si huiusmodi procat
res sint honesti Si vero sint humiles et viles est cohercio corporis Idem
est fustigacio vel similis fm glosam in **c. secundo** extra de adulterijs. cum
relegacione vt hic in tertu in **§. penam**. Mulier tamen detrudetur in mo
nasterium vt dicta aut. sed hodie et notat glosa in **l. penultima**. **C. de ad**
ulterijs Fallit enim istud in tribus casibus vbi pena stupri est maior vt
hic in glosa super verbo cohercioni De iure tamen canonico stuprum in
muliere non punitur Sed stuprans virginem cogitur aut eam dotare et
in vxorem recipere si ipsa vult alias si non vult cogitur solum eam dotare
iuxta ipsius stuprantis facultatem et puelle dignitatem Habita con. ue
racione qd plus racione defloracionis datura est viro in dotem Si vero
stuprans non vult eam capere in vxorem castigabitur fustibus vel alias
vt iudici videbitur vel excommunicatus detrudetur in monasterium adu

rus penitenciam vt notatur in capitu. primo et secundo extra de adultera
rijs Deua autem sodomiti de iure ciuili est pena capitis l. cum vir nubit
C. de adulterijs De iure canonico Si est clericus tunc deicitur a clero et
deitur in monasterium si laycus excommunicatur et a cetu fidelium
priuatur vt c. clerici extra de excessibus prelatorum Sequitur alius s. scili
cet Item lex cornelia.

Item lex Cornelia de sicarijs.

Lex enim cornelia de sicarijs punit homicidas et eos per quos non stat
quo minus homicidium telo committant . ac etiam eos qui perimunt ho
minem veneno vel arte magica . Ac etiam publice vendentes mala medi
camenta . hoc totum dicit vsque ad s. Item alia lex **N**ota ergo pri
mo q lex cornelia de sicarijs computatur etiam inter publica iudicia
Racio enim est quia ab omnibus istud iudicium poterit intentari vt su
pra eodem s. primo **S**ecundo nota q pena legis cornelie de sicarijs
Est vt quis ferro puniatur . Glosa tamen hic super verbo vltore dicit q
est mors naturalis vel civilis Finaliter tñ cludit q est pena capitis vt in l.
tertia s. sed solent ff. de sicarijs Johannes fabri tamen dicit q pena hu
ius legis in homicidio est pena capitis . in alijs autem casibus est depoz
tatio et publicatio omnium bonorum vt in l. prima et vide textum de plu
ribus capitibus huius legis ff. de sicarijs **P**otest tamen dici lacius de
pena homicidij . Aut homicidium committitur casu . aut necessitate . aut
voluntate Si enim casu tunc occidens excusatur duobus concurrentibus
Primo si adhibuerit occasionem rei licite . Secundo si omnem diligenci
am adhibuerit vt in capitu. dilectus et in capitu. ex litteris extra de homi
cidio Secus si adhibuerit occasione rei illicite vt volens percutere vnum
percussit alium vt in l. eum qui nocentem s. qui iniuria ff. de iniurijs . De
quo lacius per bartolum in l. respicientem s. delinquent ff. de penis . Ho
micidium autem ex necessitate puta quia quis sit inclusus in quodam an

gulo.

gulo ita q̄ non poterit fugere et ita sit necessitas et inevitabilis et sic dicitur
in clementina . vnica de homicidijs tale non punitur vt l. qui scientiam §
non aliter ff. ad legem aquiliam De quo lacius per bartolum in l. vt vim
ff. de iusticia et iure Si vero fiat homicidium voluntarie quod sit vel fac
to vel consilio vel p̄cepto vt quinquagesima distinctione canone. si quis
viduam et capitulo. sicut dignum . Tunc talis de iure canonico si est cleri
cus efficitur irregularis et eadem distinctione. quinquagesima. capitulo.
miroz et dicto capitulo si quis viduam. Si est laycus tunc debet iacere sp̄
ante ianuam ecclesie vt eadem distinctione si quis voluntarie De iure ciuili
li qui voluntarie de facto occidit capite punitur vt hic . Mandans autem
vel consulens qualiter puniatur . vide per bartolum in l. si non solum §. si
mandato ff. de iniurijs ¶ Item Nota q̄ istud est verum si occidens
committat homicidium dolo . Nam si ex culpa vel negligencia quis occi
derit alium talis non tenetur lege cornelia de sicarijs . Sed tenetur lege
aquilia vt notatur hic in glosa super verbo occiderunt Talis tamen etiam
tenetur quo ad deum Licet minor pena pro negligencia imponatur vt di
cit glosa secunda questione. quinta. canone. consulisti . ¶ Item Nota
ibi vel eos q̄ qui ambulat cum telo causa occidendi hominem tenetur etiam
hac lege cornelia de sicarijs etiam si non occidat concordat l. is qui cum
telo Codic. de sicarijs ¶ Ex quo nota q̄ punitur affectus licet non se
quatur effectus et hoc tamen est verum in delictis atrocibus . De quo in
l. si quis non dicam rapere C. de episcopis et clericis et ibi glosa magistra
Secus si non sint crimina atrocita . vt in eo qui dixit ius iniquum inter
eos inter quos non habet iurisdictionem l. prima in fine ff. quod quisque
iuris Istud verum si quis venit ad actum proximum effectus puta quia
per eum non stetit quo minus effectus fuerit secutus dicta l. is qui cum te
lo et ibi per bartolum . Secus si non peruenit ad actum proximum con
summationis delicti . quia tunc non punitur tamquam pro effectu . Sed
punitur extra ordinem vt in l. prima in principio ff. de extraordinarijs cri
minibus Istud vltimum fallit in delicto commisso attemperando pro cici
am monialis vt dicta l. si quis non dicam Prouerte tamen q̄ pena statuti
contra committentem delictum non punitur affectus sine effectu vt volu
it singulariter bartolus in l. prima §. diuus ff. de penis ¶ Item Nota ibi
Telum autem q̄ telum generaliter dicitur esse deo quod ap̄tū natum est

in terro necem alteri Sic etiam exponit glosa de penis distinc.
prima cano. si quis cum telo vbi iste textus est canonizatus. e
differencia tamen inter tela et arma nam appellatione teli solu
comprehenduntur arma offensibilia l. penultima ff. telorum ff
ad legem iuliam de vi pub. Sed appellatione armorum comp
henduntur offensibilia et defensibilia l. armorum ff. de verboz
significacionibus et in ff. qui autem s. de interdicitis **I**tem
nota ibi siccarij quare lex puniens homicidas dicatur siccaria
quia dicitur a sicca grece quod est ferrum latine. lato tamen
sumpro vocabulo sicca dicitur telum vt hic in glosa super ver.
bo siccarij **I**tem nota in d. eadem lege q. veneficus pena ca
pitis punitur naz plus est veneno quem extinguere q. gladio
occidere vt in l. prima C. de male. et mathe. et habetur etia p
venefico si non stetit per eum quo minus veneno alium interi
mat ymmo plus dico q. filius qui emit venenum causa dadi
patri suo quamuis dare non potuerit dicitur patricida ut l. p
ma in fine ff. ad l. pomp. de para. **I**tem nota q. incantatores
augures qui diuinando vel somnia explanando vel per potu
lu amatozium hoies ad libidine inducunt incidunt in penaz ca
pitis Omnes enim isti dicuntur malefici vt notatur in l. nemo
C. de malefi. et puniuntur pena capitis vel de portacionis et
cciam si fecerint sine dolo vt notatur in dicta l. nemo et vocan
tur isti sortilegi de quozum materia plene notatur in decretis
xxvi. ca. per totum et in c. primo et secundo extra de sortil. Om
nes enim incantaciones et inspectiones stellarum et dies egip
tici et etas lune vel solis que exploratur de vit avel morbo a
licuius sunt reprobate et eciam incantaciones herbaruz et lig
nozum et cartarum xxvi. q. vii. ca. non obseruetis. nihil eniz cir
ca predicta est permissum nisi per sacras oraciones **I**te no
ta q. vendentes mala medicamenta incidunt in penam legis
cornelie quod intellige siue publice siue occulte vendant simili
pena punitur qui fecerit venenum vel habuerit venenum cau
sa necandi hominem vt in l. tertia in principio ff. de siccarijs.
Secus si habeat bonum venenum vt eo fiat tiriaca vt in l. qd
sepe ff. de contrahen. empcion. et in l. qui venenum ff.
de verboz significacionibus **A**duerte tamen q. si quis daret
medicamen mulieri vt conciperet et ipsa per hoc periret talis
punitur pena relegacionis quia est res mali exempli vt l. ecia
ff.

¶ sed et secatus ff. de sicarijs Item si quis dederit mulieri vel viro medicamen vt non conciperet vel nō generaret punitur vt homicida. c. si aliquis extra de homic. dijs.

Alia lex deinde asperz

Lex pompeia de paracidijis qua puniuntur paracidium dolo committentes vel mandantes Item lex cornelia de fals. qua puniuntur qui scienter falsum testamentum vel instrumentum scrips. rint signauerint vel recitauerint vel signum ad vltimuz imposuerint et inter publica iudicia numerantur hoc dicit hic **N**ota primo qd committentes paracidium id est qui interficiunt patrem vel filium vel alium in superiori linea vel in descendenti vel collaterales vsque ad tercium gradum vel vrozem nuruz generuz vitricam puzignum socerum vel patrum vt hic in glosa super verbo continetur vel qui interficiunt patronum vel patronam ff. de paracidijis l. prima in glosa super verbo penam vel noueram vel sponsam vt in l. scienduz ff. de paracidijis puniuntur hac l. pompeia de parac. dijs et quod hic dicitur de filio non solum intelligitur de filio naturali et legitimo sed etiam de naturali tantum et legitimo tantum l. hos accusare §. omnibus et quod ibi nota per bartolum ff. de accusa. **I**dem in patrino et filiolo domino et vasallo episcopo et capellano et abbate et monacho fm io. fa. ar. notatozm l. prima ff. de paracidijis et non solum puniuntur interficientes s. etiam conscij criminis etiam si sint extranei **E**x quo notat glosa super verbo extraneus qd plus punitur conscius qd interficiens **N**am si extraneus interficeret patrem alteriu puniretur lege cornelia de sicarijs **S**ed modo et quo est conscius illius mortis punitur lege pompeia de paracidijis et hoc est quia inspicimus causam ipsius criminis **I**tem nota hic penaz speciales huius criminis **N**am qui hoc crimen commisit debet inuolui in culeo id est in sacco de coreo simul cum quatuor animalibus puta cum cane gallo gallinacio vipra et fimea **E**t dicitur gallus gallinacius gallus castratus qui forcior est ad pugnam cum vipra **N**el dicitur etiam gallus valde adamas gal
l. nas

linas. vt dicit glo. in. l. vnica. **C.** de his qui parentes occiderunt.
et in. l. penult. ff. de paci. et vtrobique de hac materia. Iste autem
sic inuolutus debet proijci in flumine si quod prope sit. vel inter
bestias si flumen non sit prope vt sic iste careat omnibus elemen/
tis vt eo viuente non habeat celum. nec eo mortuo habeat terrā
et hoc est propter inhumanitatez criminis. De iure canonico mu/
lier occidens filium ex calore puta quia maritus eius sepiissime di/
cit illum non esse filium suum detruditur in monasterium. vt in. c.
primo extra de his qui fili. occiderunt. Sed si infantulus repe/
riatur mortuus in lecto inter parentes tunc si interuenit eorum cul/
pa grauis. puta quia posuerunt puerum in medio eorum. tunc pa/
rentibus imponenda est penitentia quinque vel sex vel septem an/
nozum. Si autem leuis culpa interuenerit. quia forte posuerunt
puerum in fine lecti tunc penitentia trium annozum erit imponen/
da. quozum annozum vnum in pane et aqua peragent. vt in. c. si/
nali extra de his qui fili. occiderunt. et ibi glo. et in. c. questum. de pe/
nitenti. et remissi. De ista materia tractatur de penitentia distinc.
prima. c. aut facta. et ibi glo. **I**tem nota ibi. si quis autem. q. in
terficiens alios de consanguinitate vel affinitate a superioribus
nominatis punitur pena legis cornelie de sicca. **A**uerte tamen
q. committens paracidium tenetur etiam pena legis cornelie. de
sicca. et hoc voluit hic glo. super verbo sustinebit. **I**n electione ta/
men accusatoris erit quem velit eligere. quia vna electa tollitur
alia. de quo per Barto. in. l. prima. ff. de paracidi. **I**tem nota
in. q. item lege cornelia. q. qui falsa instrumenta scribunt conficiant
signant producant recitant vel in adulterino signo signant for/
te mutando signum puniuntur lege cornelia de falsis. dummodo
hoc dolo faciunt. vt. l. nec exemplum. **C.** de falsis. Et sic habes q.
notarius mutans signum suum punitur pena falsi. l. finali. **C.** de
falsis. ibi dum dicit signum quod solitum est cartis imponat.
Similiter punitur pena falsi qui negat signum suum. et postea co/
munitur. vt. l. eos. scdo responso. ff. de falsis. **S**imiliter etiam qui
mutauerit

mutauerit aliquid vel cancellauerit aliquid de substantia instru-
menti. l. qui testamentum. et l. paulus. ff. de falsis. **I**tem punitur
pena legis cornelie qui scripsit vel scribi facit dicta testimonia aliter
q̄ scripserunt. **I**tem qui accepit pecuniam vt fallum testimonium
redderet. vel verum diceret propter pecuniaz. vt in. l. prima. et ibi
glo. ff. de falsis. **I**tem qui pacti sunt inuicem facere testimonia fal-
sa. l. lege cornelia. §. qui falsus. ff. eodem. vel qui pecuniam accepe-
runt vt alij falsam causam instruerent. l. falsa pena. ff. eodem. **I**tem
si notarius referat iudici id quod non sit actum propter pecuniam
hoc referendo. l. prima. §. sed et si sic. ff. eodem. **I**tem si iudex scien-
ter male iudicauerit. dicta. l. prima. §. qui per iudicem. **S**ed si per
ignorantiam male iudicauerit tunc faceret litem suam. supra de
obligationibus que ex quasi delicto. in principio. **I**tem si notari-
us aduocatus vel procurator qui instrumenta vel iura vnius par-
tis pandent alteri parti. l. prima. §. is qui deposita. et ibi per bar.
.ff. eodem. **I**tem si notarius legat attestaciones partium suarum
ante publicationem. vt dicto. §. is qui. **I**tem mutans nomen suum
causa fraudandi alium. l. falsi nominis. ff. eodem. **I**tem vendens
rem duobus in solidum diuersis contractibus. vel corrupens
iudicem vel corrumpere attemptans. **I**n istis tamen duobus ca-
sibus est relegatio. l. qui duobus. ff. eodem. **I**tem testis qui diuer-
sa testimonia dixit in eadem causa punitur pena falsi. l. eos. in prin-
cipio. ff. eodem. **I**dem dicit bartolus de teste. quia vnum dicit in
iudicio et aliud extra iudicium. quod dictum bartoli reprobatum
per doctores. quia dictum testis extra iudicium nullum est. l. sola
.C. de testibus. **I**tem gerens se pro milite vel doctore qui non est
punitur pena falsi arbitrio iudicis. l. eos. in fine. ff. eodem. **I**tem
vendens rem alteri obligatam quam asserit non obligatam. l. si
a debitore. ff. eodem. **I**tem qui per obreptionem aliquid a iudice
impetrauerit. l. si quis obrepsit. ff. eodem. **I**tem supponens partem
.l. lex cornelia. §. de partu. ff. eodem. **I**tem vtens falso rescripto pa-
pe vel imperatoris. l. maiorem. C. de falsis. **I**n hoc tamen est dis-
tinguendū

tinguendum. an sit rescriptum circa iudiciuz et tunc non punitur
pena falsi ex productione simplici sed inquiritur contra talem pro
ducentem. vt in. c. accedens. de crimine falsi. Aut producitur re/
scriptum de gratia. et tunc talis etiam ignorans punitur pena
falsi. vt in. c. ad falsariozum cum sua glo. extra de crimine falsi. ¶
Item allegans falsam legem vel correctam punitur pena falsi.
Quod intellige verum si allegat ad descisionem causarum. vt in
.l. finali. et ibi per bartolum. ff. eodem. Item corrumpens dolo al
buz pretozis talis punitur in quinquaginta aureis. vt in. l. penul
tima in principio. ff. eodem. et in. l. si quis id quod. ff. de iurisdicti
one omnium iudicum. Item falsificans pondera publica vel men
suras talis em punitur pena falsi in duplo. et relegatur. vt. l. pen
ff. eodem. ¶ Item nota ibi. eius qz pena. qz pena huius legis cor
nelie de falsis. regulariter est vltimum supplicium in seruis. et dei
portatio et publicatio omnium bonozum in liberis hominibus.
vt hic in tex. hodie tamen non publicantur bona sed applicantur
ascendentibus et descendentibus vsqz ad tertium gradum. vt in
autenti. bona damnatorum. C. de bonis damna. Aliquando ta
men maior vel minor pena imponitur sm diuersitatem casuu. vt
hic in glo. super verbo deportatio

Item lex iulia de vi publica. Lex iulia de vi p quam
puniant qui vim arma
tam committunt in deportatione et sine armis in publicatione ter
tie partis bonozum. atqz qui raptum committit in capitis depo
sitione inter publica iudicia numeratur. hoc dicit vsqz ad s. Item
lex iulia peculiatu. ¶ Nota ex hoc textu primo qz committens
vim

vim vel violentiam cum armis punitur lege iulia de vi publica.
et committens sine armis punitur lege iulia de vi priuata. 2. cor.
.l. prima. **C.** ad legem iuliam. de vi publica et priuata. Est tamen
quandoq; pena huius delicti capitalis quando occasione illius
violentie est commissum homicidium etiam preter propositum.
vt. l. quoniam multa facinora. **C.** de vi publica et priuata. Puni/
tur etiam et in alijs modis violentia. vt notat glo. et ibi per bar/
tol. in. l. extat. ff. quod metus causa. dixi aliquid in s. recuperande
supra de interdici. Dicitur autem vis fieri cum armis licet arma
non sint extracta dummodo quis veniat cum armis quia sufficit
terroz armorum. vt. l. tertia. ff. de vi et vi armata. Et dicuntur ar/
ma omnes res que ad nocendum apta nata sunt. vt in. l. armor/
appellatio. ff. de verbo. significa. Et dixi in s. recuperande. et ita
capiuntur in proposito. alibi tamen appellatione armorum com/
prehenduntur solum arma ferrea offensibilia et defensibilia. vt
notat glo. in clementi. prima de statu monachoz. super verbo ar/
ma. Unde sciendum q; omnis priuatus prohibetur portare ar/
ma. alias si portat perdit arma et applicatur fisco. vt in autenti.
de armis. s. vt autem. collatione. vi. **I**tem punitur qui arma sua
in domo sua tenet vel in agro suo nisi in casibus specialib; vt no/
tatur in. l. prima et secunda. ff. ad legem iuliam de vi publica. im/
mo nemo hodie potest vendere de portare vel habere arma offe/
sibilia vel defensibilia sine licentia principis. **C.** vt armo. vltus in/
scio principe interdici. sit. l. vnica. libro vndecimo. Sed istud hodie
seruatur de consuetudine. vnde per statuta terraruz istud hodie
prouidetur. **A**duerte tamen q; si quis habeat licentiam portare
arma non debet portare ad iudicium. l. qui dolo. s. item qui cum
telo. ff. ad legem iuliaz de vi publica. **E**t idem dicit Angl. q; talis
non debet portare arma ad congregationem scolarium. **S**ed
quero an ille qui per se non portat arma sed facit portare per sa/
miliam suam puniatur ac si ipse portaret. **D**icendum est scdm do/
ctores q; non. per. l. si quis p. fundu. ff. de furti. vnde tñ punit alia
pena extraordinaria. argl. l. pme. s. deiecit. ff. de vi et vi armata.
Item

Quem quero an statuto laycorum quo prohibentur porta
ri arma ligentur etiam clerici vel scolares. Videtur q̄ non qui
a non sunt subiecti laycis l. finali C. de iurisdictione omnium
iudicum et in capitu. que in ecclesia extra de constitutionibus
Contrarium tamen est verum quia statuto laycoꝝ discernen
te utilitatem publicam ligantur clerici vt l. additos Codi. de
episcopa. audie. notat glo in l. ex ea ff. de postu. De hoc enim
est casus in capitu. si clericus de pace tenen collacione decima
Nam clericis est prohibitum portare arma de iure communi
vt in capitu. secundo de vita et honestate clericorum. Pena ta
men huiusmodi delacionis exigitur coram iudice suo non co
ram laycorum vt in autl. statuimus Codi. de episcopis et cle
ricis et in autl. habita C. ne filius pro patre. **I**tem Nota in
8. si autem per vim q̄ raptor virginis vel vidue vel monialis
vel conscius huius criminis capite punitur ex constitutione l.
vnica C. de rapto. virginum. Etiam si talis mulier fuerit vo
lens vt ibidem in §. ceteros facit tricesima quinta. q. secunda
capitu. raptos. Punitur etiam talis et l. iulia de vi publica
vt l. tertia C. de l. iulia de vi publica. Hec tamen pena raptus
non habet locum in rapto meretricis vt notat glosa in l. vnica
in principio et in l. vna ff. de furtis. Nam coytus meretricis
est impunitus l. si vxor. §. sed si in eo ff. de adulterijs. **A**duerte
tamen q̄ si isti raptos fuerint reperti in flagranti crimine
possunt impune occidi et a parentibus et a consanguineis
mulieris rapte neq; rapta potest nubere raptoꝝ vt in dicta l.
vnica circa principium. Et hec vera de iure civili. **D**e iure ca
nonico non dicitur raptor qui mulierem volentem ca
pit vt in capitu. cum causam extra de raptoribus. **I**tem de iu
re canonico raptor poterit contrahere cum rapta si consense
rit vt in dicto capitu. cum causam et in c. accedens. **Q**uod ius
canonicum preualet ex quo respicit matrimonium. **S**ed que
ro an pena huiusmodi constitutionis locum habeat si mulier
rapiat virum licet raro contingat et glosa io in dicta l. vnica
super verbo sponsam dicit q̄ sic. **S**ed doctores communiter
tenent contrariam quia mulieres ad hoc non tendunt. **S**equi
tur §. lex iulia peculatus

lex.

Lex iulia peculiat⁹

Lex autem iulia peculiat⁹. Lex fauia de plagiaris. Lex iulia de ambitu. lex iulia repetundarum. lex iulia de annonis. et lex iulia de residuis inter publica iudicia numerantur hoc dicit vsq; in finem. **N**ota hic primo q; qui rem publicam furatus fuerit puta rem fisci vel ciuitatis romane punitur l. iulia peculiat⁹ et dici potest peculiat⁹ forte quia talis furatur peculium rei publice. **S**i quis autem rem alterius ciuitatis furatus fuerit non punitur hac lege. sed p. na furti vt hic in glosa prima. **S**ic nota q; appellac. one rei publice non continetur priuata ciuitas vt hic et l. res publicas. **E**x quibus causis maioralge tamen et improprie potest contineri vt l. eum qui uectigal et ibi notatur ff. de uerborum significacionibus. **E**tiam qui furatur rem sacram id est calices. cruces. uel rem religiosam. puta ornamenta sepulchrorum punitur hac lege. **N**o hoc tamen ut dicatur sacrilegium de iure civili requiruntur duo. **P**rimo q; furetur res sacra. **S**ecundo q; in loco sacro alias dicitur furtum vt l. diuis et ibi glosa ff. ad legem iuliam pecul. **D**e iure tamen canonico sufficit alterum istorum. **D**ecimas septima. q. quarta c. quis quis et non solum furantes predictas res sed etiam dampnificantes rem publicam aliter q; furando puniuntur hac l. vt in glosa super uerbo furati vt qui immiscerint ferzum uel cuprum auro uel argento publico vt in l. prima in fine ff. ad legem iuliam pecul. **P**unitor etiam qui librum uel scripturam publicam continentem fines agrorum et viarum publicarum maculauerit vt in l. qui tabulam ff. eodem. **A**lios casus uide ff. eodem titulo per totum titulum. **I**tem nota ibi sed siquidem q; officiales constituti in publicis officiis furantes tempore officij sui pecunias publicas et hi qui ad hoc

prebent

prebent auxilium et ministerium et qui scienter has pecunias susceperunt
puniuntur hac lege **I**tem Nota q̄ pena huius legis in primis casu
bus notatis hic est deportatio in secundo casu puta in officialibus est pena
capitis facit l. vnica **C.** de crimine pecunia Crimen tamen sacrilegij diuersi
mode punitur vt in le. sacrilegij in principio ff. eodem et ibi per bartolum
Et de sacrilegij. vide glosam magistralem decimaseptima questione
quarta capitulo. sacrilegium Et durat accusatio istius criminis quinquen
nio et transit in heredes vt in glosa super verbo deportaciones **I**tem
Nota in §. est et inter publica q̄ habemus aliam legem que vocatur fauio
de plagiaris introducta a fauio. Et dicitur de plagiaris quia commit
tens huiusmodi crimen plagij infert alteri magnam plagam vt hic in glo
sa super verbo plagiaris Sed circa hoc quero qui dicantur committere
hoc crimen. Respondetur q̄ ille qui orbat patrem scienter et dolose filio
suo vnico id est eum ducit ad remotas partes ita q̄ pater nequit rehabe
re eum l. finali **Codic.** eodem **I**dem voluit glosa in vxore orbata suo viro
Idem qui abducit seruum alienum vt in l. prima et l. quoniam **Codic.** eo
dem **I**dem qui abducit fratrem alterius l. qui fratrem **Codic.** eodem **I**
Item idem qui liberum hominem inuitum abducit vt l. penultima **Codi.**
eodem Et non solum qui abducit. sed qui scienter liberum hominem ha
bet celat vendat vel emat vel sollicitat seruum alienum ad fugam vel qui
ad predicta socius fuit l. prima et l. non statim §. lege ff. eodem **I**tem
qui scienter donat promittit vel dat in dotem liberum hominem vt leg. fa
uio ff. eodem Et per hoc est hic declarata glosa super verbo plagiaris **I**
Item nota q̄ pena huius legis quandoque est capitis quandoque est le
mor Est capitis quando seruus vel libertus plagium committit. Sed si
liber homo plagium committat tunc enim si nobilis punitur in metallum
Si autem ignobilis puuitur in capite l. finali **Codice.** eodem Et hoc vo
luit glosa super verbo capitalem **I**tem nota q̄ plus punitur ignobi
lis q̄ nobilis Quod est verum quantum ad penam corporalem vt le. pe
dius ff. incendi. ruina naufragio. Sed quantum ad penam pecuniariam
tunc enim plus punitur nobilis q̄ ignobilis vt l. properandum §. sinau
tem alteruter **Codice.** de iudicij **I**tem nota in §. preterea q̄ alia est

lex.

lex iulia de ambitu. Que lex ita vocatur . et hoc iō quia punit ambientes
id est desiderantes et impetrantes indebite vel etiam per pecuniam vel
honores vel dignitatem Et habet locum in quatuor casibus hic notatis
in glosa super verbo ambitu quos quidem vide. **E**t qua glosa nota
q̄ pena huius legis nullomodo habet locum in vrbe romana . Sed in a
lijs opidis et ciuitatibus Et est ratio quia cum ibi papa vel imperator sit
dominus qui ibi distribuit officia et honores . Unde in talibus non est fi
monie presumptio vt notatur in l. vnica **C.** eodem . Aicet bene in astanti
bus sepe committatur vt videmus in experientia Item predicta vera ni
si quis instet pro officijs ad bonum finem scilicet vt profit egenis et pau
peribus vt l. secunda **C.** de offic. recto. prouicia. Et sic potest intelligi quod
scribitur qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat octaua q̄ pi
ma cano qui episcopatum Et pena huius legis est aliquando centum au
reorum et infamie vt dictra l. vnica Et post iuramentum prestitum de hoc
q̄ talis nihil dedit pro officio consequendo si conuincatur punitur in qua
druplum eius quod dedit vt in l. sanctimus **C.** ad legem iuliam repetum
Et de materia huius legis et de ambitu vide per bartholomeum in l. vnica
ff. eodem **I**tem nota ibi et l. iulia repetundarum quod est alia lex que
vocat lex iulia repetundarum . eo forte quia pecunia data potest rep. et
et fm nouam gramaticam deberet dici repetendarum vt notat glosa su
per rubrica ff. eodem . Et habet locum hec lex quando iudex aliquo ca
pit vt sic vel sic iudicet uel vt aliquo faciat vel omittat et hoc ab extrane
is Sed a coniunctis personis bene capere potest dummodo non capiat
ratione officij vt in l. prima in fine ff. eodem et ibi nota . Et taliter debet
intelligi principium glosae super verbo repetundarum . Sed circa hoc que
ro vna cum glosa An ne liceat iudici capere esculenta et poculenta . Glo
sa dicit hic q̄ non hodie . Et idem etiam tenuit in aut. scriptum exempluz
s̄ prohibeat Collacio. secunda Sed **H**uulhelmus de cu. in l. plebicio ff.
de officio presidis Et bartolus in l. lex s̄ apert ff. eodem . Dicunt q̄ potest
capere esculenta et poculenta que infra paucos dies consumere possunt
per capitulum statutum s̄ insuper de rescriptis in sexto Alij autem q̄ illud ca
pitulum intelligitur solum in iudicibus delegatis Raynaldus in sua sum
ma Dicit sic q̄ iudici non licet quicquam capere a litigantibus argumen
to capituli . sunt non nulli . prima . questione prima et ibi notatur ꝛc.

Ab alijs autem q̄ a litigantibus licet vt in dicto *¶* insuper quicquid sit
tucius et honestius facit iudex q̄ nihil accipiat. Et pena huius legis si a
gatur ciuilitur est in quadruplum vt l. sanctimus *C. eodem*. Si criminali
ter est extraordinaria vt l. lex iulia *§. finali ff. eodem* Et si est pena pecuni
aria applicat̄ enim medietas leso et medietas fisco vt notat glosa in l. pri
ma *C. eodem* Et hoc si non fuit turpitudine ex parte ipsius dantis. quia
turpia lucra omnino sunt fisco applicanda vt l. lucius in fine ff. de iure fil
ci *¶* Item Nota q̄ etiam habemus legem iuliam de annona. Et illa
lex habet locum quando aliquis facit aliquid quo minus annona id est
forum victualium efficitur carior vt hic in glosa super verbo annona. Et
talis punitur pena viginti aureorum vt l. secunda ff. eodem *¶* habet etiam
locum pena extraordinaria contra talem vt in l. annona ff. de extraordi
narijs criminibus Et est speciale in hac lege q̄ seruus admittitur ad accu
sandum dominum vt in l. prima ff. eodem. *¶* Finaliter tamen nota q̄
etiam habemus legem que vocatur lex iulia de reiduis forsitan sic dicta.
Quia reiduum pecuniarum reipublice quis conuertit in vsum suum. Et
habet locum quando aliquis administrator deputatus ad aliquam ad
ministracionem. Et habet pecuniam publicam a publico illam conuer
tit in vsum suos vt hic in glosa super verbo reiduis in principio *¶* Requiri
tur tamen vt iste administrator receperit hanc pecuniam periculo suo vt
in l. sacrilegij *§. his autem ff. de reiduis*. Et pena huius legis est quia
quis punitur in triplum id est in restitucione rei cum tertia parte restituci
one simplici vt voluit ista glosa super verbo reiduis in fine *¶* An autem sint
aliqua plura iudicia publica notatur per glosam et doctores in l. prima
ff. de publicis iudicijs Et si lacius velis videre de publicis iudicijs et de
penis eorum vide late ff. de publicis iudicijs per totum illum librum. Et
similiter per Johannem fabri hic.

Et sic est finis libri institucionum. ad laudem et
honorem summi ac omnipotentis dei. Marie ma
tris sue intacte. A. M. E. N.

Nouissime domini et fratres dilectissimi reminiscite queso ac tacite in animis vestris cogitate quantis laboribus quantisq; capitis vexationibus Ego henricus brunonis alias de piro de colonia inter legum doctores minimus Hoc opusculum ex scriptis aliorum pro vestris benivolentijs atq; augmentatione huius nouelli studij louanienfis expleuerim Qui singulis diebus post lectionem scriptorum mihi a publico de putatam incontinenti hoc opus quasi intollerabili onere assumpsi Quare fratres humanissimi si quicquid erroris vel dignum correctionis inuenertis Oro rogo atq; obtestor vestros immortales animos. vt illud benignemendandum curetis. Ad laudem summi dei. Qui viuit et regnat in secula benedictus Amen.

ExPLICIT Henricus de piro super Institutiones



A B C D E F G H I J K L M N